

bita suis difficultatibus, iidemque scribentes in contrarium cedebant.

6 Difficultas vero erat circa alterum punctum refectionis expensarum, circa quem licet contrariam opinionem exulcerent clericum ab hujusmodi refectione simpliciter, & indeterminate ceteris allegatis plenè utatur Marta de Jurisd. p. 4. casu 102. n. 14. cum seq. Agoscebam tamen, contrarium esse magis communem, & rationabilem in casu suo, de quo loquuntur text. & DD. in d. Exceptionem; Negabam vero applicationem ad casum, cum dicta conclusio verè, & propriè procedat, quando clericus malitiosè, seu alias culposè distulit opponere de clericatu, ut colligantem expensis, & laboribus defatigaret, dum text. considerat malitiam, cum cuius præsuppositio procedat Abb. Felin. & ceteri. Quæ circumstantia in præsentè cessabat, dum agebatur de iudicio contumaciali ex contumacia facta resistente à citationibus factis domi de tempore, quo Franciscus erat absens, unde nulla sibi poterat malitia, vel negligentia imputari, dum statim habita de præmissis notitia, cum clericatu distulit inhibitionibus se tueri curavit.

7 Ex alia etiam circumstantia dicebam dictum Franciscum ab hujusmodi refectione excusari, ex eo quod dicti possessores neglexerunt parere dictis inhibitionibus A. C. sed adhuc continuantur in possessione obtemperata manu iudicis laici, quæ perseverantia iudicium dabit, quod si ab initio fuisset oppositum de clericatu, non destitissent, ut dictam conclusionem limitat Dec. d. conf. 247. cum quo pertransit Mareabrum, conf. 144. n. 14. cum seq. refert & sequitur Carol. de Grass. d. eff. 1. n. 383.

8 Ita limitatio mihi videbatur parum tuta in ordine ad applicationem ad factum, cum recipienda videatur, quando possessor inhibitus, & de clericatu certioratus, declarat perseverantem animum in controvendi in possessione bonorum cum eadem autoritate laicali, spreta inhibitione, seu præcepto iudicis ecclesiastici, in quibus terminè dicta limitatio mihi videbatur vera. Secus autem ubi inhibitus non spernit iudicem ecclesiasticum, sed comparans eorum eo præterdit de iure sublimitè gesta contra clericum bona fide reputatum laicum, vel opponit de retentione pro refectione expensarum, & damnorum ut supra, se in introque ejusdem iudicis ecclesiastici iudicio subsistentem, illudque expectando, cum tunc non videatur extindè resultare depravatus animus redolens delictum, ex quo oritur pœna privationis juris alias sibi competentis.

9 Solidius autem reputatur fuit primum motivum, quod scilicet clericus de nulla culpa, vel negligentia redargui possit, ideoque imparandum erat actrici, cur non inquisierit conditionem sui debitoris, contra quem iudicium institueret intendat, & ex hoc motivo ita iudicatum fuit, condemnando dictum Franciscum ad solam refectionem illarum expensarum, quas actrix & deliberatarii respectivè passè fuerant postquam in eisdem Francisci contumaciam idem A. C. moderatus fuerat inhibitiones postea reintegratas, cum illo medio tempore iuste dicendus esset culposus, & è converso dicti colligentes in statu bonæ fidei.

NEAPOLITANA DONATIONIS PRO ANTONIO FRANCONIO CUM CAROLO FRATRE.

Casus disputatus in Signatura Justitiæ, & resolutus pro Antonio.

Clericus infringere volens donationem factam laico, in quo foro hujusmodi iudicium tractare debeat, an scilicet in Ecclesiastico & proprio, vel in illo laici donatarii? Et successivè an intentans remedium l. diffamari dicatur actor, vel reus, Et aliqua de competentia fori ratione rei sitæ.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 De prima instantia cognoscenda coram Ordinario, & A. C. in ea quando procedat.
3 De dispositione S. C. T. in cap. causæ omnes, in quibus causis procedat.
4 Clericus actor tenetur convenire laicum reum in foro laicali rei conventi.
5 Intentans remedium l. diffamari, an dicatur actor, vel reus.

- 6 Quando donator adversus donatarium dicatur actor, vel reus.
7 Clausula constituti operatur traditionem, & transferre possessionem.
8 Item reservatio ususfructus favore donatoris.
9 Quando attendi debeat forus rei sitæ.
10 De natura locorum montium, & quando ab uno in alium transferri dicatur.
11 Iudicium super refectione donationis plurium bonorum dicitur universale, & ubi tractandum sit.
12 De minori etate in Regno Neapol. & an constitutio minorum iura locum habeat in clericis.
13 De historia legalis, & quomodo effectus sui commine in Regno Neapol. remissivo.

D I S C. LXII.

Carolus clericus major 18. minor vero 25. annis, Antonio fratri, in Civitate Neapolitana communi patria, donationem inter vivos irrevocabilem, reservato usufructu, & cum clausula constituti, fecit de omnibus suis bonis, tam in eadem Civitate, quam in Urbis & alibi existentibus; Deinde vero penitentia ductus, volens dictam donationem infringere, iudicium instituit ex remedio l. diffamari in Tribunali A. C. unde Antonio laico perente causam remitti ad forum suum competentem in dicta Civitate, tam ratione originis, quam domicili, iudice vero hujusmodi remissionem denegante, Ex parte dicti Antoni rei conventi habitus fuit recursus ad Signaturam Justitiæ, à qua, partibus acceptimè informantibus, prodit resolutio eadem Antonio favorabilis pro remissione ad partes, quod rescriptum totalem finem hujusmodi liti imposuit.

In hac igitur disputatione, scribens pro Antonio, more Advocati plura cumulando motiva, etiam parum solida, quæ pro ingeniorum varietate frequenter, magis quam tuta & solida, resolutiones causare solent, deducebam in primis quotidie in hoc Tribunali decantantam dispositionem Sac. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 20. ut causa omnes in prima instantia coram locorum Ordinariis cognosci debeant; Unde propterea receptum est, A. C. esse iudicem primæ instantiæ in Curia, in causis vero extra Curiam, non dato iurisdictionis partis consensu sui iurisdictionis prerogative esse iudicem appellacionis, ideoque in prima instantia nulliter procedit, ut dec. 150. num. 1. pari. 4. recent. tom. 2. decisio. 49. & 54. apud Post. de subbas. d. 181. num. 14. part. 10. & habetur in aliis hoc eodem tit. frequenter; cumulando etiam regulam textus in cap. si Clericus laicum, de foro competentis, ut clericus actor laicum reum in suo foro laicali convenire debeat.

Verum hæc, ut dictum est, concernebant consueti ornamenta Advocatorum plura motiva cumulantium, quoniam quicquid sit, an dicta Conciliaris dispositio locum habeat in causis merè prophanis, ad forum ecclesiasticum præcisè non spectantibus, in quo probabilior videtur opinio negativa, quamvis vulgus curiale contrarium credat, ex his, quæ habentur in Bonon. & in aliis, hoc eod. tit. Punctus erat, an clericus donator, qui iudicium ex remedio l. diffamari, seu l. si contemdat, instituerat, super contractus à se iniiti infirmatione, ac bonorum à se donatorum libertate & pertinencia, dicendus esset actor, vel reus; Si enim esset actor, de plano intrabat dicta regula textus in c. si clericus laicum, nulloque pacto dictum donatarium facultatem in aliena ditione moterem ad suum forum trahere poterat, secus autem è converso, si ipse potius reus dicendus esset, cum tunc ejus tanquam clericus, & curialis abique dubio forus competentis etiam in prima instantia fuisset dictus A. C.

In hac autem questione apud antiquiores nimium controversia, nunc scilicet intentans hoc remedium l. diffamari, seu l. si contemdat, dicendus esset actor, vel reus, hodiè ex magis communi, & recepta sententia, præsertim in Roma & Curia, plana videtur resolutio pendens à distinctione, an hujusmodi iudicium intenteur per possidentem contra non possidentem, vel è contra, Ut primo casu quamvis quoad ordinem, seu introductionem videatur actor, attamen in substantia sit reus. Oppositum vero in altero, ut semper dicatur actor, ut relatis invicem pugnantibus opinionibus, quæ tribuuntur Afflicto, dec. 268. & Capyc, dec. 18. quorum primus vult indefinitè cum esse actorem, alter vero indefinitè esse reum, habetur apud Cacheran. decisio. 157. Muscatell. in praxi par. 1. glof. reu. num. 13. ubi latè Adden. & cum hujusmodi distinctione semper processit Rota, præsertim

fercim apud Cavaler. dec. 386. dec. 417. apud Post. de man. dec. 500. num. 12. pari. 5. rec. 103. num. finali. pari. 6. 57. num. 21. & sequenti. & 94. num. 29. p. 7. Firmans Beneficis 28. Aprilis 1659. Cerro, & habetur in Romana Legati, sub tit. de feud. d. 33.

Ubi enim quis est possessor timens molestias super re possessa, five timens iactatas molestias contra ejus personam pro aliquo credito, vel alia præfensione, dicitur solum ita occurrere futuro iudicio contra eum intentando, quod in suo foro tanquam contra reum intentandum esset iuxta receptam sententiam Abbatis in c. si quis contra, m. 2. de foro competentis.

Quare applicando ad rem, quando actus remaneret in terminis promissionis, seu etiam perfectæ donationis abique traditione; ita possessio adhuc remaneret pœnis donatorem à donatorio conveniendum pro traditione, seu donationis observantia, & tunc rectè in foro suo, provocando actorem, hujusmodi iudicium intenteat. Sed factum erat in oppositum, quoniam licet ipse haberet detentionem de facto ratione sibi reservati usufructus, attamen tam dominium, quam possessio erant pœnes donatarium, tam in vim clausule constituti inducentis factam traditionem operativam etiam ad possessorem retinenda, seu manutentionis ex collectis apud Post. de m. num. obser. 20. nu. 5. cum seq. Et in specialibus terminis donationis, Annasingular. 156. Rota in Bonon. de Felicianis 10. Januarii & 10. Junii 1650. Bichio, Ariminen. donationis 18. Martii 1654. Duno recto inter suas dec. 951. n. 11. & in aliis.

Quam fortissimè ratione reservationis usufructus, ob quam dominium & possessio, juris ministerio transferri dicuntur in donatarium ratione incompatibilitatis, quoniam cum usufructus sit servitus, cum non datur in re propria, sed per necessè danda fit in re aliena, ideo rectè dicta operatio admittenda est, Ann. d. singular. 156. Adden. ad Magon. dec. Lucen. 138. littera A. Capyc. Latr. consulti 16. num. fin. Rot. dec. 208. post Zuech. de oblig. & in alleg. Bonon.

Agnoscentes donatoris defensores motivum remanere inevitabile retrahentem cognitionem causæ in Curia, saltem respectu locorum montium in Urbe existentium, tanquam in foro rei sitæ, sed leve videbatur fundamentum, Tanquam ille forus ut efficiatur competens, existit iuxta tantam opinionem, quod reus, & possessor sit præcisè & conveniatur in loco ex deductis per Surd. conf. 68. num. 54. Carlev. d. iudicis, tom. 1. d. 12. n. 149. (quod tamen ita indefinitè dictum non est tutum, cum in plerisque casibus forus rei sitæ dicatur competens etiam contra possessorem absentem), & Tunc clarior, quia non agebatur de actione merè reali, sed de iudicio intentato super distracta & refectione donationis, ex quo accessorie realitas resultat; Ubi autem non agit de iudicio merè reali, sed principaliter personali, quamvis accessorie reali, tunc forus rei sitæ non intrat ex deductis per Surd. d. conf. 168. n. 53. Carlev. ubi supra, nu. 151. Et in specialibus terminis iudicium intentatum coram A. C. contra forensen super locis montium Urbis habetur, dec. 305. nu. 4. & 5. part. 7. rec.

Non tangebatur verò difficultatem, quæ respectu hujusmodi locorum montium me torquēbat, quod scilicet in eis rectè favore donatoris intraret distinctio, ob quam ipse utpotè adhuc dominus & possessor dicendus esset in substantia reus, nil obstantibus clausula constituti, & reservatione usufructus, rectè ut supra operativis in aliis bonis indifferentibus, & in libera partium dispositione existentibus, quorum dominium, & possessio ex privata conventionē de uno in alterum transferri possunt; Secus autem in hujusmodi locis montium, quæ tanquam iura cum Principe sunt species Regalium, & quoad substantiam ex privati conventionibus nec in dominio, nec in possessione de uno in alterum transferuntur sine consensu ipsius Principis, vel officialis per eum ad id deputati, ita ut semper esse dicantur quoad substantiam in dominio, & possessione ejus, qui in ipsius Principis libris descriptis reperitur, partium vero conventiones operantur promissionem de faciendo, productivam actionis personalis ac interesse pro implemento, non autem translationem domini, & possessionis, ut pluries in sua materia locorum montium sub tit. de Regal.

Quando illud motivum deductum esset, cogitabam, etiam in sententiis veritatis, illud videri evitabile, ex eo, quod ista esset species iudicij univertialis, cum donatio complecteretur omnia bona, & iura existentia, tam in Urbe, quam in Civitate Neapol. & alibi, unde propterea tota causa tanquam connexa, & pendens ab uno eodemque puncto individuo in uno foro tractanda erat, Quo posito considerabam, fo-

rum digniorem, & magis competentem omnino esse illum donatarium. Tum quia ibi initus erat contractus. Tum etiam quia ibi erat major pars bonorum, atque ut Hyspani dicunt, caput assis hereditarii majorum, cujus portione unus frater alteri donaverat, ex his, quæ in proposito iudicij univertalis super hereditate, vel fideicommissio habentur infra in Montis alci, seu Maceratis, fideicommissi, di. 87. & in aliis. Quare omnia insimul combinando, quod scilicet ibi esset major pars bonorum, quod esset communis patria, quod esset locos contractus, quodque reus ibi haberet domicilium, reflectendo ad solam veritatem, ista mihi videbatur esse iuxta id quod resolutum fuit.

Potissimè, quoniam ista questio fori, seu ordinis principaliter influebat ad justitiam, & merita negotij principalis; Potissimum enim fundamentum donatoris consistebat in minori etate, circa quam, agi causam in uno foro, vel altero, est toto celo diversificare, cum in Tribunalibus laicalibus Regni, excedens etatem annorum 18. per Constitutionem Regni incipien. minorum iura, reputetur in omnibus major indefinitè, nulla data personarum discretione, in Tribunalibus verò Urbis proceditur cum opinione, quod dicta Constitutio tanquam laicalis non comprehendat clericos & Ecclesiasticos, utpotè illi non subditos, & consequenter quod etas sit annorum 25. Quod tamen alia occasione mihi videbatur minus probabile, ac pendens potius à legulei simplicitate, quoniam ut advertitur in Romana d. de Caffarellis, sub tit. de dote, d. 1. vel sequi, & alibi, de tempore quo prodit d. Constitutio, in earegione forte adhuc cognitum non erat jus commune Romanorum, tunc moderno tempore inventum, vel si cognitum non receptum, cum tunc jus commune esset illud Longobardorum iuxta historiam, de qua in Neapolitana d. d. f. de forensibus, d. 1. Unde propterea taxa minoris etatis fuit potius ampliato quam restrictio, dum attento jure Longobardorum, vel altero, quo tunc vivebatur, dicebatur major etiam in etate 14. vel 16. annorum, ut in d. Romana d. 1. Cumque jus civile Romanorum habeamus potius ex usus receptione, quam in ratione autoritativa ex deductis in d. Neapolitana, dici non potest ita quoad exemptos remanere incorrectum dictum jus commune, quod ibi in hac parte nunquam existit, nec receptum fuit.

Et quamvis ratione juramenti per dispositionem textus in autem. Sacramenta puberum, cum concordam. minor etas à juramento supplicata sit, nihilominus satis expedit minorem etatem adesse, vel non adesse, quoniam ea concurrente de facili ratione laesionis subvenitur cum remedio restitutionis in integrum, ut in sua materia, sub tit. de contr. actibus.

ALBANEN. SEU PEDEMONTANA BONORUM. PRO DOMO PROFESSA SOCIETATIS JESU CUM PETRINO DE PONTE.

Casus disputatus in Signatura Justitiæ, & resolutus ut infra.

Clericus auctor laudatus, seu defensor necessarius, An ex propria persona ratione sui mediari interesse communicet ejus exemptionem & privilegia laico possessori immediato, tam quoad forum, quam etiam quoad exemptionem ab Egidiana, a iohannis similes effectus: Et aliqui de Egidiana etiam inter laicos, an intret ubi unus eorum est forensis.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 Clericus auctor laudatus, seu defensor necessarius an communicet privilegium sue exemptionis laico quoad forum.
3 Quid in ordine ad impediendam Egidianam.
4 An semper paria sint sortiri & legibus ligari, & an liceat arguere &c.
5 De differentia inter subjectionem fori, & Egidiana.
6 Aliud est agere de egidiana, integrè pro admittenda appellacione, & aliud ad effectum executionis, nempe jam factam ab attentatis.
7 Egidiana regulanda est iure statuti.
8 Forensi an suffragetur Egidiana.
9 Non suffragatur clericis laicis cum laico.

10 Non subditus litigans in aliquo foro sit eius subditus quoad concertationem iudicialia.

11 De alia ratione, ob quam forenses subjacent Aegidiana. DISC. LXIII.

1 Praesupposita eadem facti serie, de qua in hac eadem causa sub rti. de feudis, disc. 48. occasione agendi de meritis negotii principalis. Cum Petrus praetendens bona in territorio Albanensi quaesita ex pretio cuspidam feudi, illius loco subrogata esse, obtinisset ab A. C. sententiam immisionis in territorio Salviani contra Blancarium laicum eorum possessorem, & appellarent, qui emptoris titulo illa quaesierat a Domo professa Societatis Jesu Urbis eorumdem bonorum posseditrice in vim legati. Praetendebat actor admittendam non esse appellationem suspensivam ob Constitutionem Aegidiana innovantem dispositionem juris civilis in l. unica, C. de momento possessione. E converso autem D. D. Domus professae admittit ad causam tanquam auctor laudatus, seu defensor necessarius praetendebat, quod ejus exemptio a dicta Constitutione Aegidiana indubitate laicali, & Ecclesiastico non comprehensivas, ratione sui interesse suffragari debet dicto laico possessori. Unde propterea assumpta fuit disputatio in Signatura iustitiae, quae in binam, vel trinam acceritima disputatione, ob iniam votorum scilicet, nullam, nullam desuper dedit resolutionem, sed ex turbiditate causae in meritis negotii principalis, ex his quoque habentur sub rti. de feudis, disc. 48. referri potest de commissione appellationis in Roma cum clausula translativa, consilio quod sit locus Aegidiana.

In huiusmodi autem disputationibus, quatenus pertinet ad istum punctum ordinis, an scilicet clericus actor laudatus, seu defensor necessarius committet suae exemptionis privilegium laico possessori ab eo causam habenti, scribentes pro actore potissimum fundamentum consistebat in firmitate per Rotam in una Perusina Salviani 15. Maji 1654. coram Peuringero, ubi sequendo opinionem Covar. & sequantium, de quibus Carvel. de iudicij, tom. 1. disp. 2. num. 664. quod scilicet clericus actor laudatus, seu defensor necessarius laici rei conventi non declinat forum laicalem. Exinde inferitur quod eadem clericali qualitas in necessario defensore concurrens non impedit effectum Aegidiana, quoties causa tractetur inter laicos immediatos, & super bonis laicalibus.

E converso scribens pro Domo professa, non assumendo inspectionem dicti puncti declinationis fori, de quo habetur actum in Mediolanen. bonorum, disc. 60. sed relinquendo quoad eum in ista causa locum veritati, Dicebam, admittenda etiam dicta opinio Covar. non tamen bene exinde inferri ad istum punctum Aegidiana, cum ejus dispositio proprie ad directe ita praescriberet Ecclesiam, non autem laico, cuius nil intererat suspensivam appellationem admitti, vel denegari. Cum enim sibi tanquam emptori per Ecclesiam venditricem promissa esset evictio cum obligatione camerali, abique patris executivis, etiam in casu quo, juxta modernum formularium, sequeretur sola avocatio possessionis in iudicio salviani, vel alio simplicis possessorio, exinde resultabat, quod effectus statuti laicalis afficeret magis clericum, seu Ecclesiam quam laicum.

Et idem quavis regulariter paria sint forum fori, ac legibus ligari, & consequenter de uno ad alium argui solet, nihilominus istud argumentum non videtur necessarium neque perpetuum, quoties inter unum causam & alterum aliqua uterque ratio dispariter, quae in praesenti iugere videbatur, siquidem circumscriptio praescriptio Ecclesiastica immunitatis, ut iudex laicus causam Ecclesiae, vel clerici cognoscat parum, vel nil referre videtur, an in uno, vel altero foro causa tractetur, cum in utroque iustitia pariformiter ministranda sit, & usum forte non daretur casus, quod in aliquibus Civitatibus & regionibus extra statum ecclesiasticum, desideranda non esset in foro ecclesiastico illa iustitiae administratio, quae habetur in laicali, sive quod non desideretur in ecclesiasticis ea primum locorum administratio, quae respectu fit per laicos; Et sic interesse non est considerabile, quod semper modo dicto inveniatur, quod ita esset peccata persona immediati possessoris, nil deperit Ecclesiae, vel ecclesiastico, secus autem altero casu, in quo tollitur beneficium appellationis alias de jure canonico in huiusmodi causis abique dubio competens, proindeque damnum, seu praescriptum remanet directum & immediatum solum Ecclesiae, vel clerici, non autem laici possessoris.

Et ad probandum, quod mixtura interesse, seu praescriptio Ecclesiae sufficiat ad effectum Aegidiana, & non sufficiat ad effectum declinationis fori, unde propterea non bene infer-

tur de uno casu ad alterum, Considerabam, quod ubi questio est super bonis de directo dominio Ecclesiae, in dominio tamen utili, emphyteutico, seu feudali, aut conductitio perpetua laicorum, aique inter eos abique Ecclesiae mixtura, seu praescriptio, ita ut ejus nihil interfit, causa tractatur in foro laicali, adhuc tamen juxta hodie receptissimam, & indubitata praesupponendam opinionem, id sufficit ad impediendam Aegidiana, dec. 234. & 236. post Pacif. Buratt. dec. 16. & 315. ubi add. dec. 89. num. 5. p. 10. rec. et in aliis collectis in Romana vinea 17 Junii 1658. coram Bevilacqua & passim, ergo isti termini differunt inter se, neque bene ab uno ad alios arguitur.

Quatenus vero pertinet ad dictam decisionem Rotae in Perulina Salviani coram Peuringero, abique necessitate agendi de ejus subsistentia in casu isto, relinquendo pariter in hoc locum veritati, Dicebam causam videtur directam, quoniam ibi agebatur de possessore laico convento coram iudice merita laicali clerico vero actor, seu necessarius defensor non curaverat admitti ad causam re integra, & ante sententiam, unde propterea excusabilia videbantur attentata, ad quorum effectum de humilissimi quaestione agebatur, dum victor & iudex fuerant in bona fide, procedendo ad executionem in vim Aegidiana post appellationem, sive infra illius terminum, in hac vero facti specie Ecclesia re integra se admiserat ad causam, atque formalem defensionem, laico possessore eam negligente, directe & immediate suscepit: Et quod magis est, iudex Tribunalis A. C. erat uniusque jurisdictionis capax, & etiam clericorum & Ecclesiarum competentens, unde propterea advertebam idem Ecclesiam non assumpsisse quaestione declinationis fori, quia ex illa traditam causam coram suo iudice Ecclesiastico & competenti. Ac etiam quia longa differentia ad agere ad effectum excusandi executionem iam factam a vito attentatorum redolentium delictum, proindeque supponentium culpam, ut est in casu dictae decisionis. Et casum in quo re integra agatur ad effectum impediendi executionem, ne ferret; Suffragante etiam vulgari axiomate, quo frequenter utuntur quodaeque legitae quod turpis egerit, & eo fide quod multa facta tenet. Ideoque, inspecta causa veritate, pro meo iudicio probabilius videbatur de appellatione respondendum esse.

Motivabam quoque tanquam Advocatus pro Aegidiana excellentia de qualitate actoris forensis, temporali ditioni Ecclesiae non subditi, utpote de regione Pedemontana Ducis Sabaudiae, Cum enim Aegidiana continet ius municipale regulandum iure statuti particularis, ut advertit Contardus de Aegidiana, q. 1. n. 3. & 4. Hinc dicebam intrare receptam conclusionem, de qua frequenter, sub rti. de successione, & alibi, ut ad effectum operationis statutorum concurrere debeat copulativa subjectio activa, & passiva personarum & bonorum, unde cum actor esset forensis, statum tanquam Principi laico non subditi, idecirco ad servandum in iudicio aequalitatem, non poterat uti beneficio Statuti contra subditum, ut in specie habetur apud Berz. dec. 181. alias 189. 12. & habemus receptum in clerico v. v. Ecclesia, quod sicuti in casu succumbentem non subjacet Aegidiana, ita converso ad servandam aequalitatem illa non utitur in casu victoriae contra laicum, Honded. conf. 28. n. 8. l. 2. adden. ad Gregor. dec. 581. num. 8. add. ad Buratt. dec. 16. A. f. in bonorum 10. Junii 1633. Veropinio, & in aliis, atque iure vivitur.

Verum, reflectendo ad veritatem, dubitabam de motivo, quoniam ubi agitur de bonis statuentis ditioni subiectis, actor eo ipso, quod in eisdem statutis iudice iudicium instituit, ita circa concernentia ipsum iudicium ejus legibus, & stylis se voluntarie subiecit videtur; quod solum respectu Ecclesiarum suas partem difficultates, unde distinguitur inter mere ordinariae & declinatoriae. Et consequenter quoties non obstat dicta qualitas inhabilitativa clericatus, verius est Aegidiana locum habere etiam cum foisensibus activis & passivis, ut per Contard. ubi supra, & ex eo ceteri practici; Alia etiam ponderata ratione, quod non agitur de Statuto juris communis correctorio, & ab ejus dispositione exorbitant, sed potius ad illud reversivo, & sic fine reingrante dispositionem text. in l. unica C. de moment. possess. tanquam per remotionem oblati, restituantis iure canonico, ideoque forensis laicus conquiri non potest, etiam ubi sit eius & viduus, quoniam non a statuto, sed a iure communi potius ita affici dicitur, & eodem modo quo in propria ditione iudicatur.

NULLIUS SEU APRUTINA

AD PETITIONEM CARDINALIS AQUAEVIVAE COMMENDATARIJ S. MARLE DE PROPEZZANO.

Discursus pro veritate.

De ritu 65. Magnae Curiae Vicariae Neapolis super justificatione clericatus coram iudice laico, in quibus iudicibus, seu Tribunalibus locum habeat, ac attendi debeat.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Cognitio clericatus spectat ad iudicem Ecclesiasticum, neque laicus potest in eum ingerere.
3 Quando iudex laicus inspicere possit literas clericatus juxta traditionem Baldi.
4 De ritu Vicariae super cognitione clericatus, ejusque praxi in ipsa Magna Curia.
5 Consuetudo non est extendenda de casu ad casum, loco ad locum, vel persona ad personam.
6 De differentiis inter Magnam Curiam Vicariam, & alios iudices in materia dicti ritus.

D I S C. LXIV.

1 Cum per Curiam Saecularem Oppidi Propezzani ceteratus esset tanquam laicus quidam clericus originarius & incola eiusdem loci, in quo Abbas tanquam inferior Praelatus est factus in possessione jurisdictionis quasi Episcopalis cum territorio separato & Nullius, licet sub lite, de qua, disc. 283. cum duobus sequ. per 8. rec. dicitur Abbat, seu Cardinalis Commendatarii Vicarius, previa justificatione clericatus in ejus Tribunali, mandasset iudici laico dicti clerici remissionem, iudex autem pretenderet sibi exhiberi debere bullas clericatus ad formam ritus 65. M. Cur. Vicariae Neapolis, juxta muneracionem Petre in eorumdem rituum commentariis; Idcirco Cardinalis praedictus in Urbe resistens, atque proderat curans benevolentiam inquirere neque de facili ad censuras devenire, meum pro veritate consilium petit.

Respondi vix per absentem longaevo interstitio annorum 25. ab illorum Tribunalium praxi, primo juvenutis flore aequaliter apprehensa, adaequatum tutumque consilium dari posse, Pro meo tamen iudicio, parum probabilem videri huiusmodi inferiorum iudicum praetensionem, Distinguo siquidem punctum in duas inspectiones, unam in puris terminis juris communis, alteram vero in terminis juris consuetudinarii ex dicto ritu verificatis.

Quatenus pertinet ad primam, textus est expressus in cap. si iudex laicus, de sentent. excommunic. in 6. disponens clericatus cognitionem, non ad iudicem laicum, sed ad Ecclesiasticum pertinere, atque firmiter scribentes communiter, de quibus Farinacc. qu. 8. num. 33. Carol. de Grassi de effect. clericatus, effect. 1. num. 1252. Sperell. dec. 17. num. 10. cum seq. & admittunt Franch. dec. 189. num. 6. & d. c. 329. num. 4. & 9. alique Regnicolae communiter de dicto ritu loquentes, dum idem titulus in finalibus verbis expressè id admittit.

Et quavis Bald. in l. si qua per calumniam, num. 4. Cod. de Episc. & Clericis dicit per clericum carceratum ostendi posse literas clericatus, ad effectum obtinendi remissionem ad suum iudicem Ecclesiasticum, eo quia haec dicitur summaria cognitio de facto potius quam de iure, & ad propriam instructionem, ut advertit Franch. dicta dec. 189. num. 1. & 239. num. 9. Attamen id procedit ad effectum potestatis, ut scilicet clerico ostendente literas sui clericatus non prohibetur iudex laicus eas recipere abique incurssi censurarum & poenarum, quibus aliis subjacent iudices laici se ingerentes in coeognitione causarum Ecclesiasticarum & spiritualium. Et hoc est quod dicit Bald. cum quo in proposito ceteri pertransseunt. Nemo autem firmare attentat in puncto juris communis, quod recurrente clerico carcerato per laicum ad suum iudicem Ecclesiasticum, itaque, previa justificatione clericatus coram eo facta, demandante sub censuris & poenis sui subditi remissionem, licitum sit laico tale praecipuum spernere, atque siem non praestando Ecclesiastico, ad quam spectat clericatus cognitio, de illa jam sequuta velle in eum ingerere, unde quoad hanc primam inspectio-

nem, credebam eam esse planam, nullaque dispositione dignam.

Quo vero ad alteram praedicti ritus, seu juris consuetudinarii inspectionem, relinquendo integrum locum veritati super ejus validitate & subsistentia, praesupposita tamen ejus praxi & observantia in ipsa M. Curia Vicariae, de qua testatur etiam Franch. dec. 89. num. 1. & 249. num. 4. Adhuc improbabilem credebam aliorum inferiorum iudicum & Tribunalium praetensionem, quoniam cum continet ius consuetudinarium abique dubio exorbitans & juris communis correctorium, idem tolerabile, quia forte pro eo magno Tribunali, ex non improbabili causa, per Summos Pontifices antiquis temporibus in ea Civitate, vel Regno frequenter motam trahentes id concedi potuit. Attamen trahi non debet ad alios iudices, ex receptissima consuetudine quod consuetudo attendenda solum est in suo speciali & indivisivo casu, non autem extendenda est de casu ad casum, seu de loco ad locum, vel de persona ad personam, juxta conf. 239. Oldradi passim receptum, ut per Gregor. & Aden. dec. 45. & 162. Buratt. & add. dec. 373. 297. 570. & 895. & plenè in Majorico Canonico 27. Martii 1656. & 25. Junii 1657. coram Melio & 24. Januarii 1658. coram Cerro, quarum secunda & tertia sunt impressae post Zuff. de legiti. profess. dec. 34. & 37.

Potissimum stante diversitatis ratione, qua concurrente, tam in iure consuetudinario quam statuario, apud omnes absolutum est prohibitum esse extensionem, de qua solum disputari solet, quando ejus identitas ita exigit, in dicto enim Tribunali, tanquam Curia Regis, atque ob ejus magnam amplitudinem, & multitudinem causarum adeo populatae Civitatis in prima instantia, totiusque Regni in casu appellationis, & recursum, si non laudabilis, saltem tolerabilis, sive ex honesta ratione excusabilis videtur dicta praxis, ob fraudes, quae, alias in hac materia fieri possent, & quae huiusmodi exorbitanti ritu non obstant, adhuc de facto frequenter fiunt, Quae ratio adaptabilis non est inferioribus Tribunalibus etiam Collegialibus, ut sunt Regiae Audientiae, quae de facto, sed male huiusmodi facultatem sibi usurpare solent. Multo igitur magis in huiusmodi iudicibus pedaneis, & inferioribus, quorum respectu, mihi videbatur casus indubitatus, Protestandum tamen super praemissis respondere discursivè tantum, utpote in materia, a cuius praxi tandiu etiam alienus.

ANNOT. AD DISC. LXIV.

1 Ocaione huius discursus casualiter potius quam studiose hic registrata, expertum ius consuetudinis effectus varietatis humanorum ingeniorum, quodque frequenter accidunt ea, quae juxta me Concilii Horatii Fracchi lepidum dicitur, eodem tempore bitem, ac rufum promonent; Sive quod verificentur ea, quae alibi infinuata sunt, ut hodie non ad veritatem, & iustitiam scribatur, sed ad adulationem, quodque Scriptoris dicendi potius veniant dependiarum milites, in literaria politica milita, factionario more illorum Ducum, pro illa scribentes potestatem, quam sequuntur, vel à qua praemia sperant, quo nil absurdus. Apud aliquos etenim Magistratus illius Regni displicuit, admirandum, quod Regis Catholici in Curia Advocatus scriberet contra jurisdictionem Regis, & eodem libri publicati aliquam implicitam dederint suspensionem; E converso autem in Curia aliqui zelantes, sed in dolo inferioris tamen sphaera Ecclesiasticae lae scandalum conceperunt, ex eo, quod hic ritus dictus fuerit in ipso principali Tribunali Magnae Curiae Vicariae tolerabilis, ut preces pro suspensione Congregationi Indici portexerint. In Curia vero haec simpliciter neglecta fuit, ne dicam irrita, recte agnoscendo, quod explicitè dictum id esse contra ius, atque observantiam referendo praesumpto privilegio Apostolico, per quod Ecclesiastica Immunitas, ac jurisdictione praeservatur. In dicta vero alia Civitate ille Officialis, ad quem utpote Regiae jurisdictionis delegatum haec peculiariter pertinet, capere non potuit clarum veritatem Prorogae me infirmam, quod iste scribens mihi modis verum Regis contineret servitium, & converso autem, quod propositiones, cum quibus Aliqui ex illis Officialibus procedebant, Regem potius offenderent, sed id excusabiliter percipere non de facili potuit, ex defectu intellectionis potius quam voluntatis, quoniam licet ex consuetis illius fortunae locis, ad illius primi ordinis Magistratum ascendisset, longè tamen infra mediocritatem ejus missa canebar, & aequè in nomine caput album, re tamen immaturè viride habebat.

Dicebam etenim, quod idem ritus in verbis expressè declaratus.

clarat, quod esset contra juris dispositionem. Ac propterea, ut re, & nomine Catholici, ac piissimi Regis evitaretur injuria, ut contra magnam ab eo professam catholicam pietatem, talem legem proferri, vel praticari permittere, dicendum est, ut illa antiqua consuetudo referenda sit illi Apostolico privilegio, quod in vim immemorabilis allegari potest, eo modo, quo in altero Siciliae ultioris Regni, referunt illa auctoritas, vel jurisdictione, quam exercet illud Tribunal, quod *Abmarchia* appellatur, ac etiam in aliquibus actibus referunt plerique alii Principes, eorumque Magistratus, & Consilia, seu Tribunalia, intus & extra Italiam, quanto in causis, & negotiis spiritualibus illas apponunt manus, quas ex juris dispositione apponere non possunt, cum ita longè minus malum sit, quam propriae potestati laicali referre.

Potissime verò, quod hoc praesumptum privilegium à verisimilitudine, vel probabili ratione, non est omnino alienum ab Tribunalis amplitudine, & negotiorum multiplicitate, & per consequens prolixius improbabile remanet assumptum id subscribendi, vel praticandi in aliis Tribunalibus inferioribus Regni, contra verisimilem voluntatem piissimi Regis. Tum ex regulari natura consuetudinis, ut attendatur in casu precioso, vel individuo, & non admittatur extensio, ex insipiens *sub tit. de jud. dist. 21. & sub tit. de benef. dist. 30.* & alibi pluries, ac etiam in hoc discursu; Tum clarius ob magnam rationis diversitatem, dum aliis minoribus Tribunalibus adaptabilis non est ratio, quae potuit esse non improbabili causa, seu motiva iujus concessionis, vel permissionis.

Præsupponebatur, quod motivantes in contrarium, illi inmitterent fundamenta, quod isti ritus Magnae Curiae Vicariae ex Regia auctoritate initio illorum voluminis registrata, habeant vim legum in toto Regno, adinstar Capitulorum, & Pragmaticarum, & per consequens, quod non minus in ipsa Magna Curia quam in omnibus aliis Civitatibus, & Regni Tribunalibus praticari debeant. Quamvis etenim primum, ac Supremum Tribunal potius politicum quam civile, quod Consilii Collateralis dicitur, ac etiam alia duo majora Tribunalia, illud nempe S. Conf. quod S. Clara, seu Capuana appellatur; & alterum Regiae Cam. summariae hujusmodi Ritibus non subiacere praesupponatur; Attamen id venit, ex eo, quod sunt Tribunalia majora, & sphaera superioris, ad quae respectivè habentur ab illo Magnae Curiae Vicariae appellationes, vel recurus. Vel quod sint Tribunalia de novo erecta, vel reformata post compilationem dictorum rituum sub diversis legibus, vel ritibus, ut est praesertim Tribunal Sac. Concilii, quod erectum fuit per Regem Alphonsum Primum de Aragonia, ut advenerit *sub tit. de iudic. dist. 32.* Ritus vero in scripturam, seu volumen redacti fuerunt, ex auctoritate Reginae Joannae Primae, atque Collaterale est Tribunal ipsius Regis, quod neque per Constitutiones, Capitula, & Pragmaticas ligatur, dum eis derogare, vel dispensare potest. Atque Regia Cancellaria habet suos Ritus particulares, utpotè in materia diversa, sed respectu Auditoriarum Praesidialium, aliarumque inferiorum Curiarum Regiarum, vel Baronialium, est indubitatum, quod in eis isti Ritus pro lege servandi sunt.

Verum id continet aequivoicum clarum, ac solemne, quoniam non respectu illorum rituum, qui à sola approbatione Regiae hanc habent vigorem, sed etiam respectu ipsarummet Constitutionum, Capitulorum, & Pragmaticarum illae invalidae essent, ex defectu potestatis, ad terminos text. in *Aut. colla. & servata, C. de Sacros. Ecol. & in c. Ecclesia S. Mariae, de Constitutionibus*, cum notis concordantibus; Ideoque extensus est subterfugibilis, quatenus attendatur ratio superioris considerata, antiquae scilicet, & immemorabilis consuetudinis, ex cuius virtute, vel operatione allegari valeat Apostolica concessio, & propterea dicebatur, quod illi, qui cum dicto fundamento Regiam jurisdictionem tueri volebant, ipsa potius Regem offendebant, si iuxta jurisdictionem, & potestati praescribentibus, quodque unicum fundamentum quod aliam habeat probabilitatem, est illud, de quo in discursu. Recenta tamen eodem protestatione in eodem discursu facta, nil desuper firmavi.

MATERANEN. CENSURARUM

PRO OFFICIALIBUS REGIAE AUDIENTIAE BASILICATAE

CUM PROMOTORE FISCALI CURIAE ARCHIEPISCOPALIS MATERAE.

Causa disputata in S. Congregatione Immunitatis, & resoluta ut infra.

Judex laicus carcèrando clericum, vel Ecclesiasticum de ordine, & mandato Magistratus etiam laici superioris, assensit ita demandare ex commissione & consensu iudicis, seu superioris Ecclesiastici, An dicatur violare Ecclesiasticam immunitatem, & jurisdictionem, ita ut incurrat necne in censuras.

S U M M A R I U M.

1. Facti series.
2. Resolutio Sacrae Congregationis.
3. An iudex laicus carcèrando clericum de ordine sui superioris & maioris Magistratus excoisetur.
4. Laicus in totum imparti brachium iudicis Ecclesiastici.
5. Superiori aliquid assensit est credendum.

D I S C. LXV.

P^{ro}rex Regni Neapolitani dedit in mandatis Praesidi aliiq. Officialibus Regiae Audientiae Basilicatae residenti in Civitate Materae, quod carcèraretur, atque ad arcem Barletrae transmitteretur Thomas Lanfrancus novitius Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, afferendo id agere de commissione, & consensu Locumtenentis Prioratus Capuae ejusdem Religionis, quo mandato excoisetur, Archiepiscopus dictae Civitatis carcèrari patrus, pravia monitione per edictum ad valvas cum brevi termino trium horarum, per cedulones declaravit Praesidem & Officiales praedictos incurfos in censuras contentas in Bulla Coenae, ob carcèrationem dicti Thomae dupliciter Ecclesiastici, quia clericus beneficiarius, & quia miles Hierosolymitanus, unde habito per Officiales praedictos recurru ad Sac. Congregationem immunitatis; Quamvis de stricta juris censura pro annullatione hujusmodi censurarum, reflectendo etiam ad veritatem, responderi debuisset, tam ratione ordinis male tunc, quam injustitiae, Attamen, sive ex confusis praedictis regulis ad sublinendam Episcoporum dignitatem, sive ex non improbabili suspitione concepta, quod ordo praedictus ab ipsa Regia Audientia affectuè procuratus esset in odium & vindictam, ut indirectè aliqua ipsi Archiepiscopo injuria inferretur, ob tunc vigentes controversias super ejusdem Audientiae sedili in Ecclesia Cathedrali, rescriptum fuit, quod remotis cedulones, dicti Officiales sive conscientia consulere, ita censuras nec approbandas, nec reprobandas, ut frequens esse solet hujus Tribunalis rescribendi modus.

Rescribens autem pro Regia Audientia, ultra claram nullitatem resultantem ratione ordinis, & ex defectu citationis per edictum, nullis praevius diligentibus; & cum adeo brevi termino, Ex sola ratione justitiae, cum sensu etiam veritatis, dicebam pro hujusmodi censurarum infirmatione respondendum esse, quoniam quicquid esset de puncto, An iudex laicus inferior parere, vel potius replicare debeat superio Magistratei facultati ejus superiori demandanti carcèrationem clericum, seu aliquid illicitum, Et an hujusmodi praecipuum excoisetur necne ab incurfu censurarum, quam inspectionem utpotè praeter causam necessitatem assumeret neglexi.

Difficultas cessabat ex dicto facti praesupposito in eodem mandato contento, quod scilicet id fieret de consensu, & commissione proprii superioris Ecclesiastici. Ita enim non fuit carcèrari jurisdictionaliter, & cum propria auctoritate laicali, sed potius impartiri brachium proprio superiori Ecclesiastico, ad quod magistratus seculares tenentur etiam sub praenis, unde propterea laudabiliter agunt ad text. in *l. si quis hoc genus, Cod. de Episc. & Cleric. cum concord. per Menoch. de arbit. casu 42.*

Et quamvis scribentes in contrarium insisterent in eo, quod de hujusmodi consensu, & commissione proprii superioris non constaret ipsis carcèratis; Attamen videbatur leve fundamentum, quoniam cum non ageretur ad effectum subdistingui validitatem actus, sed ad solum effectum excusandi à delicto, & poena, quod non constaret de do-

lo, & praedicatione carcèrantis, itaut esset color quaesitus, certum credebam, quod Magistratus inferior tam magno superiori ita assensit justè credere potuisset, ac debuisset. Attenta potissimum qualitate dicti superioris, dum non solum erat Prorex, & supremus moderatori Regni, sed etiam Cardinalis, & sacerdos notoriae integritatis & timoratae conscientiae, ad text. in *cap. nobilissimas 97. dist. 1. Lapid. leg. 33. cum concord. per Altograd. conf. 21. n. 46. & seqq. lib. Farinac. q. 63. n. 55. cum seq.*

Ita potissimum studeant frequenti praxi, quoniam etiam ipsomet Pontifice, vel Magno Magistro, seu altero Ecclesiastico superiore desiderante carcèrationem sui subditi poteris, vel sub alterius potentis protectione existentis, itaut nonnulli mediante ope & brachio Principis, vel supremi Magistratus secularis, id sequi valeat, licet, seu commissioes diriguntur ipsi superiori, ac majori superiori, qui executionem demandat inferioribus officialibus, & ministris, quibus prolixius incongruum, & inconsumetum est ipsas litteras, seu requisitiones communicari, unde propterea sufficere debet assertio superioris, cui justè credendum est.

Et quamvis ita fraudes committi possent, attamen illae percuterent censuras, & poenas ipsius superioris, ac majoris Magistratus id demandantis, non autem inferiorum executionum, ita rem laudabilem facere potius julle opinatum, cum credere & supponere non debeant in adeo qualificato Magistratu & superiore tale mendacium; Ideoque cessante collisione & mala fide ipsius exequentis, istam credebam veritatem, qualem etiam credebat ipsamet Congregatio, potissimum quia revera aderat dictus consensus Locumtenentis Prioratus Capuae proprii superioris.

ANNOT. AD DISC. LXV. & seqq.

Procedit idem, quod dictum est supra, *disc. 57. cum seqq.* id. & quae aliud repetere non congruit.

TARENTINA CENSURARUM

PRO FRANCISCO PETRONO ET CONSORTIBUS.

CUM OCTAVIO RAO.

Causa disputata in Sac. Congregatione Immunitatis, & coram Auditeo Camerae, & resoluta, ut infra.

De controversia jurisdictionali in materia pascuorum, quae sumuntur per animalia clericorum in bonis laicorum. An scilicet pro eis exigi possint fide, & aliaque onera per laicos solvi consuecta. Et quatenus possint exigi, saltem ratione pascui, vel damni. An per laicos arrestari & retineri valeant animalia.

S U M M A R I U M.

1. Facti series.
2. Datur distinctio casuum, cum qua procedendum est in questione jurisdictionali super animalibus clericorum depascuntium in bonis laicorum.
3. Clerici pro eorum animalibus non tenentur ad diffidam tamquam speciem poenae impositae à laico.
4. Quid de pastoribus laicis.
5. An clericus civibus prohiberi possit usus pascui in aliqua parte territorii, si aliis civibus prohibetur.
6. De casu, in quo clerici tenentur ad fidam.
7. Et quando etiam ad diffidam tamquam damnum & interesse.
8. De questione, an in casibus, in quibus laici ad id tenentur possint animalia per laicos arrestari.
9. Datur possum eisdem territorii duo domini, unus pro fructu naturali, alter pro industrial.
10. De consuetudine Provinciae Hydruntinae.
11. Etiam in casu licite arrestationis datur culpa ratione excessus.

D I S C. LXVI.

Devoluto feudo Terra Lizzani ad Regiam Curiam, eoque conducto per Franciscum Petronum, cum praecipuis ac major redditus, juxta illius provinciae consuetudinem, consistit in fida animalium in eo territorio depascuntium, quamvis illa essent dominorum Terra, seu praedii, in quo pascua sumuntur. Atque Octavio Rao clericus Tarentinus, in praedii & terris petuntibus ad simplex

beneficium ab eo possessum nonnulla animalia retinet, re-nueret autem solvere dictam consuetam fidam; Hinc proinde dicti conductoris in iustis animalia praedicta arrestarunt. Ordinarius autem ob violatam Ecclesiasticam immunitatem eos incurfos in censura declaravit. Habito recurru ad Sac. Congregationem immunitatis, illa abolitionem à censuris demandando, remittit causam ad A. C. super damnis & interesse à dicto clerico praerentis, tam ob fructus & fructus, quam ob subsequuntur plurimum animalium hujusmodi mortem, quae damna per A. Cam. liquidata fuerunt in scuto 400. Commisitque causa per Signaturam iustitiae alteri, cum clausula, *ab excessiva tantum*, quamvis hiescendus iudex ex infra dicendis, difficultatem haberet circa rigorosam obligationem dictae refectionis resultantem a praetensa illata & culpa arrestatione. Nihilominus, quia commissio limitatam sibi tribuebat facultatem cognoscendi de excessu taxae, non autem de meritis condemnationis, idcirco noluit desuper manus apponere, atque negligente causae patrono excessum iustificare, eandem taxam confirmavit, ac exequi mandavit.

In hujusmodi autem disputationibus habitis, tam in S. Congregatione immunitatis, quam coram praefatis iudicibus, duae erant inspectiones. Una facti super liquidatione, seu taxa factuum, & fructuum ac damnoium, etiam circumscripta & supponere animalium referendario, & an illorum mors casui, vel male custodiae referenda esset, & hoc totum incumbere causae Patrono, cum Advocati in Curia de his, quae facti sunt, agere non solent. Altera erat juris super culpa arrestatione, ex qua alia refectionis species resultabat. Et circa istam, reflectendo ad veritatem, mihi videbatur cum aliquo aequivoico processum esse applicando auctoritates de uno casu loquentes alteri diverso, quod etiam nonnulli moderni scribentes faciunt, unde propterea materia videtur involuta, quamvis revera talis non sit. Quare dicebam plures causas distinguendos esse.

Quorum primus est circa eam exactionis speciem, quae occasione pascuorum per Magistratus seculares, vel per Communitates fieri solet tanquam species poenae pro delicto damni dati, seu contraventionis bannimentorum, ac violationis pascui reservati supra valorem herbae depastae, & quae exactio vulgò *diffida* dici solet, & tunc admittenda, omnino verius esse, animalia clericorum capi & arrestari non posse, neque aliquid directè, vel indirectè fieri, ob quod clericus cogatur hujusmodi poenam solvere. Sive quod cogatur pastores, ita tamen, quod eorum coactio indirectè resultet in damnum clerici; Secus autem respectu poenitionis ipsorum pascuorum tamquam laicorum, ubi damnum datum esset studiosum, seu alias copiosum, & punibile quoad eorum personas & bona sine aliquo clerici praesudicio, & tamquam ex proprio delicto punibili de jure, in quibus terminis bene loquuntur plerique, ex quorum dicto aliqui moderni falluntur, id indefinitè firmantes etiam in casibus sequentibus.

Alter casus est, circa eam exactionis speciem, quae per eosdem laicales magistratus, frequentius videt per Communitates, fieri solet occasione pascuorum, tamquam species collectae, ita insensibiliter solvenda pro publicis onibus supportandis, quia nempe clives privando se naturali libertate, quam jure civico habent in depascendo cum eorum animalibus in toto territorio, seu in consuetis publicis pascuis, aliquam partem referant, quam in plerisque Italiae partibus dicunt *bannitiam*, in aliis vero utentes eodem *debonia* vocabulo, quo Hispani utuntur, *desoniam* dicunt, ad effectum scilicet vendendi, seu pro certo pretio affidandi, tam exterrorum, quam eorumdem civitatum animalia juxta casum positum per Abbatem *conf. 6. part. 1. Maltrill. dec. 49. Franch. dec. 197. Cohell. ad Bullam Boni Regeminiis, c. 42.* Er habeatur plerique actum ad materiam pascuorum, *sub tit. de Regalibus*, ac etiam ad materiam collectarum sub altero de *Regalibus*, Et tunc non leve controversia est inter Ecclesiasticos & seculares, unde dici potest questio involuta, quam tamen utpote extra causam necessitatem juxta Curiae sicut examine neglexi, insinuando solum illum & praecedentem casum, ad effectum convincendi aequivoicum scribentium, qui indefinitè applicabant casum controversiae auctoritates percutientes istos factis diversam rationem habentes, cum utraque exactio in effectu importet onus mere laicale.

Tertius demum est casus ad rem applicabilis, ubi scilicet pascua, quae alias, vel publica & communalia sunt, vel de privatorum habentium dominium terrarum & praediorum, ex antiqua tamen consuetudine, seu alio legitimo titulo sunt domini temporalis loci, vel Communitatis, itaut etiam

cives & incolæ, quinimò & ipsarum terrarum, & prædiorum domini prohibeantur ibi depasci, non solum consueti fida, tanquam pretio justo, & æquato valori ipsius pascui, juxta casum, de quo in Nepefina collectæ, *sub tit. de servitibus, cum similibus*; Et tunc concors est etiam Canonistarum & Moralium sententia, clericos volentes cum corum animalibus depasci, teneri solvere dictum pascui pretium ad text. in l. quintus, ff. ad leg. Aquilam, l. 1. 2. & 3. C. de pascuis, quoniam alias esset locupletari de alieno, atque rem alienam invito domino contrahere, quod juri Divino, naturali, & positivo repugnat, ideoque magis illicitum est clericis & Ecclesiasticis, qui justitiam & pietatis cultores magis esse tenentur, cum immunitas Ecclesiastica eos præservet à laicalium onerum & gravamine, non autem tribuat licentiam aliena usurpandi, & lædendi justitiam commutativam, quam hujusmodi oneris solutio percute dicitur, bene Abb. d. conf. 6. & cæteri apud Mastiell. d. dec. 49. Bellec. *disquisitio clerical. tit. de exempti clericorum à muneribus, §. 6. num. 4.* cum aliis, de quibus infra pluries *sub tit. de Regalibus præsertim, disc. 52. 54. & 59.*

Eademque ratio, ob quam etiam Ecclesiastici & immunes tenentur ad hujusmodi consuetam fidam tanquam pretium correptivum pascui quod sumunt, congruere videtur etiam illi diffidæ, que solvi solet, non tanquam pœna pro violatione haminentorum, seu ex statutis & edictis laicalibus, sed tanquam restauratio damni, & interesse, quod etiam pro modica pastura & longè ultra valorem herbe depasciæ in hujusmodi pascuis reservatis contingere solet, quando ante præsumptum tempus animalia immittuntur, cum pastura damnificata, & ut vulgo dicitur *commissa*, soleant minus vendi, quia tunc intrat eadem ratio justitiæ commutativæ, à cuius observantia clericale privilegium, seu immunitas Ecclesiastica non excusant, ad damni tamen, & sic justitiæ commutativæ limites.

Questio autem pariter non levis inter Ecclesiasticos & seculares in proposito esse solet, non circa substantiam, sed circa modum, seu competentiam fori, & facultatem arrestandi ipsa animalia depascentia, vel damnificantia, num id laicali auctoritate fieri valeat.

Et in hoc, cum sensu veritatis, dicebam affirmativam videri probabiliorē, non quidem ex rationibus deductis per Guttier. *lib. 1. præf. quæst. 2. num. 5.* sed in hac parte male loquentem, quod scilicet ipsa animalia sunt de foro seculari, sive quod laicus faturere potest, quod animalia clericorum arceantur; Sed ratione illius privæ facultatis, que domino fundi damnificati, seu pascui ibi conceditur, attendendi, & retinendi animalia ibi depascentia, seu damnificantia pro solutione pretii pascui, vel refectione damni. Ad instar illius retentionis, que datur domino domus conducente de bonis investitis & illatis; Et sic, non in ratione jurisdictionali & auctoritate publica, sed in dicta ratione privata, ut ex Burr. Alciat. Surd. & aliis habetur apud Carleval. *de iudicis, p. 1. num. 155. & seq. de Marin. resol. 120. lib. 1. & alios, de quibus Carol. de Grass. effect. Clericis. 2. n. 448. & seq. & Bellec. ubi supra*, merito reprobantes alios Hispanos relatos per eodem, & per Rovin. in *pragm. de officio Bajuli, num. 12.* procedentes cum ratione Guttier. de qua supra; Quoniam in hac distinctione veritas consistere videtur, à communi etiam praxi pœne rotius orbis comprobata, præsertim verò in Regno Neapolitano ex illa Rezia Dohanæ Apulie; nam per Regios & laicos ministros passim arrestantur, & detinentur oves aliæ animalia, etiam Ecclesiastiarum & clericorum pro illa consueti fida, seu dohana que solvitur tanquam pretium pascui. Quod etiam videmus servari per Dohaneros patrimonii quamvis laicos; Licet enim in hoc Principatu diversa militet ratio ob utrumque gladium penes eundem Principem existentem; Nihilominus adhuc hujusmodi praxis in id insinuat videtur, ratione subjectæ materiæ, cum alias ea esset impracticabilis, quod scilicet dominus pascuorum cogere tur tanquam actor manibus vacuus in diversis foris immitterent animalia libe subsistere, vel pro pretio pascui, vel pro refectione damni.

Applicando igitur ad rem, quamvis ex parte dicti clerici insisteretur in eo, quod hac animalia non depascerent in alieno, sed in terris & prædiis propriis ipsius Ecclesiæ sui beneficii, quod apud aliquos de Signatura, superficialiter de materia discurrunt, magnam impressionem faciebat.

Nihilominus, etiam inspecta veritate, hoc obiectum subsistentiam non habebat, quoniam non implicat ejusdem loci, seu prædii duo dari dominia diversis respectibus, unum scilicet pœne privatos in solo fructu industriali & jure culturæ tanquam species colonie, alterum verò in fructu naturali

jure publico penes Dominum loci, vel penes Communitatem, ut habetur deductum, in d. Nepefina Collectæ, *sub tit. de servitibus*; & hic erat prævius casus, cum hujusmodi provincia Hydruntina, vel in universum, vel in plerisque partibus, de consuetudine dominum privarorum sit solum subalternum & restrictum ad fructum industriale & culturam, alterum verò dominium, quoad pastura & fructus naturales est Regis, seu Baronum, quibus Rex concesserit, de qua consuetudine testatur Preceda de *subsidis, lib. 2. auth. 46. n. 12.* relatus per Cassar. Latr. *consult. 83. n. 14.* & Rovin. *pragm. 1. de off. Bajuli, & habetur actum in Hydruntina onerum sub tit. de Regalibus, disc. 50.*

Difficultas verò erat, cujus ratione iudex præmissa omnia admittendo, non improbabiler processit ad dictam condemnationem, que mihi quamvis pro hac parte scribenti, in substantia, seu abstractè videbatur justa (quidquid esset quoad taxam, seu quantum sit.) Quod scilicet dicta arrestatio, quamvis generaliter licita, adhuc illicita & culposa dicenda esset ratione excessus, quoniam cum fida tanquam pretium pascui importaret solum decem 700. arrestari & retineri debebant tot animalia, que arrento etiam eorum infimo valore sufficerent, ac dominum pascui omnino totum redderent, non autem totus grex, unde ista & aliæ facti circumstantiæ non improbabiler suadere videbantur, cum aliquo imperio & ratione jurisdictionali pro quâdam specie vindictæ processum esse, quod fieri non potest, tum ut supra id solum concedatur in ratione merè privata.

MACERATEN. CENSURARUM PRO LOCUMENTENTE CRIMINALI GUBERNATORIS MARCHIE.

Causa disputata in S. Congregatione Immunitatis, & resoluta, ut infra.

De exemptione familiarum Cardinalium à foro laicali, quo jure competat; Et an & quando iudex laicus contra eos procedendo incurrat censuras tanquam Ecclesiasticæ immunitatis violator.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 De exemptione familiarum Cardinalium ex quo jure resoluta.
- 3 De exemptione familiarum Episcoporum.
- 4 De diffinitione inter unum casum & alterum.
- 5 Quando iudex laicus incurrat censuras cognoscendo causas familiarum Episcoporum.
- 6 Quando iudex laicus excusetur carcero clerico, vel alium exemptum, seu alias cum eo procedendo.

D I S C. LXVII.

Cum Evander Aurispa Maceratenfis, familiaris Cardinalis Pallote, tunc in patria moram trahens fuisset presens cuidam duello, citatus fuit per Locumententem criminalem Gubernatoris illius Provincie sub comminatione pœne ad informandum Curiam ob quem solum actum citationis verbalis, absque eo quod contra eum ad alium actum processum esset, Episcopus ejusdem Civitatis dictum Locumententem de facto excommunicatum declaravit, unde propterea habito recurrit ad Sac. Congreg. Immunitatis, assumptaque d. sputatione super hujusmodi censuram subsistentia & validitate, ultra nullitates ratione inordinati processus, super quibus erant partes causæ pariter.

Quatenus pertinet ad injustitiam, super qua frequentius de Curia stylo Advocatorum partes verari solent; Scribens pro dicto recurrente, cum sensu etiam veritatis, dicebam hujusmodi censuras nullum habere fundamentum, dum nullibi jure cautum reperitur, laicos addictos servitio Cardinalium, eorumque familiares, ita exemptos esse à jurisdictione seculari, quod ad instar clericorum habentium characterem intraret omnimoda incapacitas, cujus ratione iudex scienter exercendo actus jurisdictionales contra Ecclesiasticum, eumque trahendo ad forum suum censuras incurrat; Admissa siquidem hujusmodi exemptione, illa est effectivitas, seu privilegialitas, que rectè operari potest exemptionem declinationi fori, ad effectum invaliditatis actuum, ac inhibendi processum ad ulteriora, non autem violationem Ecclesiasticæ immunitatis resultantem ab exercitio jurisdictionis & potestatis secularis cum clerico cœlesti militæ adscripto.

Exem-

Exemptio etenim prædicta non resultat ex jure Divino, vel canonico, sed ex Constitutione 10. Leonis X. §. 5. de cupellis. ubi etiam probabiliter dubitari potest ex deductis per Spezzell. *dec. 128. n. 39. cum seqq.* & nihilominus ubi etiam usus pro certo admittitur, adhuc non sufficeret ad hujusmodi effectum, sed ad alium ut dictum est declinationis fori, cum hujusmodi privilegia non habeant fundamentum in charactere & intrinseca qualitate Ecclesiastica.

Neque dicebam congruere terminos laicorum familiarum Episcoporum, quoniam quidquid sit de eo casu, in quo relinquitur locus veritati, & an dicta exemptio referenda etiam potius veniat cuidam consuetudini, fortè potius commendabili, quam juri Divino, seu canonico ob intrinsecam qualitatem Ecclesiasticam, ut veritas videtur, atque docet prætaxis, quoniam in plerisque Principatibus talis exemptio est in usu, & in plerique non; Adhuc diversa est ratio, quoniam Episcopus dicitur Pontifex in propria diocesi, ubique habet Tribunal erèdum cum territorio ac jurisdictione habituali etiam in laicos in plerisque casibus, quod extra titulos cardinalium non congruit Cardinalibus, quorum proinde familiaribus, dicebam quidem exemptionem concedendam esse, vel tanquam dativam ratione dicti, vel similis privilegii, vel in reverentiam dignitatis ad effectum prædictæ declinationis fori, non autem ad istum violationis immunitatis, & incurris censurarum ex solo actu remoto citationis verbalis.

Potissimè quia, etiam quoad familiares Episcoporum apud eundem nium Ecclesiasticæ immunitatis zelatorem, Spezzell. *dicta dec. 129.* vix non constituitur contra iudicem laicum super incurrit censuram ratione solius actus jurisdictionalis resultantis à citatione verbalis, vel reali; sed ob contumaciam non parendi mandatis, & inhibitionibus super sui familiaris & subditi remissione.

Concurrente etiam alia notabili circumstantia excusante, quod cum dictis citatus moraretur in propria patria, & sic per plures dietas extra Urbem, in qua Cardinalis residebat, idem iudex bene dicebat, se de hujusmodi familiaritate fuisse incertum, eumque in habitu laicali incidentem, ac more aliorum secularium ibi viventem, reputasse tanquam unum ex aliis civibus, unde propterea non videbatur convincibilis de aliqua culpa, in qua solum esset quando de hoc monitus, seu inhibitus, inhibitione sprete ad ulteriora processisset. Unde dabam causam fortiore, quod si iudex laicus procederet ac citationem verbalem, vel realem alicujus clerici in minoribus incidentis in habitu laicali, ac more aliorum secularium viventis & tractantis, non exinde dicitur potest Ecclesiasticæ immunitatis violator, neque censuras incurrit, quia rectè dicere potest, se illum agnovisse & reputasse laicum & suum subditum, ob transitum quem clericus in minoribus facere potest de uno statu ad alterum, nisi monitus & inhibitus perseveret in contumacia, ex qua potius violatio & respectivè incurritur resultat, sive etiam probato mali animi, quod eum tanquam clericum ita cognoscere voluerit, ut quotidianæ praxis docet, nullò magis in presenti. Atque secundum præmissa erat sensus Sacre Congregat. declarantis scilicet censuras invalidas. Veram ob reverentiam dicti Cardinalis in ipsamet Congregatione presentis, nimirumque sermone potentis, prodit consuetum prudentiale scriptum, quod remotis cœdilonibus consulat conscientie suæ.

BONONIEN. DENEGATÆ JUSTITIÆ.

PRO LUDOVICO DE CALVIS, CUM EJUS FRATRIBUS.

Causa disputata in Signatura justitiæ, & resoluta contra Ludovicum.

Ad intelligentiam Sac. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 20. causæ omnes, in quibus casibus locum habet; Et an & quando intret appellatio ex capite denegatæ justitiæ, seu ob negligentiam in expeditione causæ.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 De cap. causæ omnes Sac. Concil. Trident. ut procedat in prima instantia.
- 3 Ordinariorum appellacione quævantiam, an Prelati inferiores.

Card. de Luca, Lib. III.

- 4 Dicitur cap. causæ omnes non convenit iudicibus & magistratibus secularibus.
- 5 De jure civili per instantiam.
- 6 Secus autem de jure canonico, de quo est perperua.
- 7 Ex hac differentia resultat, quod de jure canonico magis quam de civili datur appellatio à denegatæ justitiæ.
- 8 De stylo Signaturæ non admittendi appellacionem, seu avocationem causæ ex sola negligentia in non expediendo.
- 9 De appellacione à denegatæ justitiæ quando intret.
- 10 De stylo circa præfixionem terminis quando procedat.
- 11 De rationibus, quibus innixum est Conciliare decretum in cap. causæ omnes, & quos casus perentiam.

D I S C. LXVIII.

Ceteris fratribus de Calvis de facto spoliatis Ludovico cum possessione ac libera administratione sue portionis bonorum communiu parentum, iudicium ipse instituit familie erescendæ coram Auditore generali Bononiæ, à quo prolata sententia, & commissa causa per Legatum, seu Vicelegatum eisdem alteri iudici, cum hic ex parte dicti Ludovici pluries requisitus negligenter causæ expeditionem, quod implicite importabat eius succumbentiam, & colligantium victoriam. Hinc proinde, factis juxta consuetam prætaxim, tribus requisitionibus pro expeditione causæ jam instructæ, cum appellacione in omnibus à denegatæ justitiæ ex isto capite appellacionem interposuit ad A. Coram quo cum solita citatione cum inhibitione causam introduxit, sed recurrentibus colligantibus ad Signaturam justitiæ referri obtinuerunt de remissione causæ ad dictum iudicem de partibus, prævia moderatione inhibitionis. Et reposita causa de mense Novembris 1667. peritum fuit in decisis, non obstantibus infra deductis, quod aliquo mihi inferbat admirationem, dum non edente isto Tribunali decisiones, incertum est cum quo fundamento processum sit, & quomodo infra scripta motiva neglecta fuerint, nisi aliquod motivum prudentiale innixum extrajudicialibus informationibus forsitan habitis circa personarum qualitatem ad id impelleret, cum pro colligantibus juxta hujus Tribunalis frequentiorum stylium non adesset scribens in jure, unde propterea non visis difficultatibus, non omnino maturum iudicium desuper efformari potuit.

Scribens autem in secunda propositione contra jam captam resolutionem, quæ per causæ partionum supponebatur fundata in decreto Sac. Concilii Trident. sess. 24. de reform. cap. 20. prohibente appellacionem, seu avocationem causarum à locorum Ordinariis ex capite negligentia; seu non expeditionis in tempore, distinguendam causam in duas inspectiones, unam inspectis terminis dicti decreti Conciliaris, alteram verò præscindendo à Concilio, in terminis juris communis.

Quoad primam, etiam cum aliquo sensu veritatis, dicebam dictam conciliarem dispositionem nullatenus intrare, manifestumque æquivo cum videri cum ejus terminis in præsentis causæ procedere. Tum quia ubi etiam ageretur de causis Ecclesiasticis & fori spiritualibus, de quo proprie Concilium loquitur ut infra, adhuc non effemas in ejus causa, dum loquitur de non avocandis causis à locorum Ordinariis in prima instantia, in qua ab eis cognosci & terminari debent, unde propterea cum ageretur de iudicio appellacionis, & secunde instantiæ, remanebat casus omissus à Concilio, regulandus proinde juxta terminos juris communis.

Tum etiam, quia Concilium ad iterum loquitur de causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, ne à locorum Ordinariis tollantur, unde propterea dupliciter illud in presenti non intrabat. Primo, quia hæc erat causæ merè laicalis inter laicos coram Auditore generali, & successivè coram alio iudice deputato per Legatum acitata tanquam in Tribunalibus laicalibus. Et secundo quia in jure, Ordinariorum appellacione veniunt solum Episcopi, & Archiepiscopi, ac etiam Prelati omnimodam ordinariam quasi Episcopalem jurisdictionem habentes in loco Nullius cum territorio separato, juxta ea que hoc loco titulo frequenter habentur, ita ut sub questione sit, an illi inferiores Prelati, qui quamdam jurisdictionem intra diocesim sub Episcopo habent juxta distinctionem, de qua supra in Tolertana, *disc. 1. & in aliis, veniant sub hoc decreto*, ut liquet ex collectis per Barbof. de Episcopis, *alleg. 81. nu. 7. cum seqq. & in collectan. ad Concil. eod. cap. 20. n. 6. cum seqq.*

Legatus autem, V. Legatus, eorumque Auditores, alique iudices & officiales gerere dicuntur partes Principis ac respectivè Magistratuum secularium, tanquam officiales

K 2 les

Ies Papae qui consideratur tanquam Rex, seu Princeps secularis contradistinctus a Supremo Episcopo & moderatore Ecclesiae, juxta illam personarum distinctionem in Papa concurrentem, de qua ex text. in cap. cum inter de elect. cum concordant, habetur pluries hoc eod. tit. & in altero de praeminentiis satis frequenter, unde propterea recte advertit Marchesum de commiss. part. 1. num. 137. fol. 263. hunc esse errorem caudicorum Curiae, regulandi causas Status Ecclesiastici pendentes coram Gubernatoribus, vel Legatorum officialibus cum illa Conciliarii dispositione, verè non intrans in causis fori laicalis. Ita etiam docente communi observantia omnium regionum & Principatum, in quibus absque dubio Concilium est receptum, & in viridi obfervantia, quoniam fabulae species reputaretur in hac materia competenti, seu declinationis fori, aut appellationis vel procedere cum terminis dicti decreti in tribunalibus laicalibus.

Quare dicebam punctum causae torum consistere in altera inspectione, juxta terminos scilicet juris communis. Circa quoniam, ad tollendam aequivalenciam, advertendum esse dicebam ad distinctionem inter jus civile & jus canonicum, cum diversa sit traditio Civilistarum ab illa Canonistarum.

De iure liquidum civili datur peremptio instantiae, quoties cautiva intra certum terminum expedita non est juxta dispositionem text. in leg. properandum, Cod. de iudiciis, unde in aliis Principatibus, extra Curiam Romanam & Statum Ecclesiasticum, est in usu remedium insufflationis spiritus per Principem concedenda, ut liquet ex deductis per Capyc. & Adden. decis. 11. plenè Rovit. super praxim. in rubr. & pragmat. 1. de infant. causis non respicitur ideo non mirum si apud Civilistas non de facili datur appellatio, vel recurus adversus iudicis negligentiam, neque praestatur haec species appellationis ad denegata iustitia, cum ipsa natura operetur dictum effectum, pro quo evitando partes invigilant super expeditione.

De iure autem canonico instantia nunquam perit, sed est perpetua, ut quidquid doctè & ingeniosè in contrarium probare conetur Covarr. in cap. quomvis pactum, de pactis in 6. part. 2. numer. 4. et magis communiter receptum apud Canonistas, & receptissimum ac hodie absolutum in Rota & Curia Romana, ubi propterea termini peremptionis instantiae, vel insufflationis spiritus, qui in aliorum Principatum Tribunalibus frequentes habentur, in Curia sunt omnino ignoti ex deductis per Vestr. & adden. in praxi, lib. 3. cap. 5. Lancellotti de attentat. p. 2. cap. 4. in praesent. nom. 324. Rojas decis. 294. & passim; Solumque occasione regulari de veniali, sive alterius regulari de subrogandis; vel ad alios similes effectus, intrare solent termini extinctionis litis per e. us desertionem, quae juxta hodie receptissimam propositionem, de qua scribit de Beneficiis, & alibi, neque inducitur per longissimum silentium 30. annorum, nisi etiam bonum ius, vel eius vehementissimus sumus concurrat, ut dec. 341. num. 18. p. 10. recent. Rojas dicta dec. 294. decis. 255. n. 8. & seq. p. 11. rec. & sequis.

Hinc proinde cum de facili dari possit casus iudicis colludentis cum reo & possessore, cui ex silentio & non expeditione causae, victoriae effectus resultat, inductum est apud Canonistas, seu in illis Tribunalibus, in quibus instantia non pereunt cum iuris canonici disputatione proceditur, dictum remedium appellationis a denegata iustitia.

Circa quod ad aequivoca tollenda observabam reflectendum esse ad distinctionem dictarum diversarum questionum. Quarum una est, an ob solam negligentiam non expediendi causam intra biennium, absque eo quod specialiter Iudex requiratur, vel constituitur in mora, privetur cognitione, itaut licitum sit, vel per viam appellationis, vel per viam querelae, aut recurus adire superiorem, & isto casu intrat regula negativae magis communiter recepta & rectè, applicabilis est styli Signaturae, de quo apud Marchesum, dicta part. 1. fol. 263. numer. 135. & seq. & Scacc. de appell. quest. 17. numer. 55. cum quo stylo forsitan, ad aliam distinctionem non reflectendo, processum fuit in ista causa; Quinimo strictè & propriè styli praedicti perit terminus Concilii Tridentini, & causas, de quibus illud loquitur, ut se declarat Marchesum, ubi supra, numer. 137. Et nihilominus ubi etiam admittendum esset illum indefinitè procedere, non verisimile in ista questione, sed in altera, quae est, ubi iudex fuit expressè interpellatus per trinam requisitionem diversis temporibus cum congruo spatio factam, & cum appellatione a denegata iustitia, ita ut constitutus dici valeat in mora.

Et tunc non intrat distinctio annorum, vel biennii, nisi

nulque locum habet dispositio Concilii Tridentini, sed omnino verius videtur locum esse appellationis a denegata iustitia, non ex sola ratione negligentiae, seu lapsus temporis, sed ratione contumaciae positivae, in qua ita iudex, cessante legitimo impedimento, constitutus est, non alias sequatur dictum inconveniens, quod Iudex, reo & possessore benivolus, ita non expediendo, implicite videtur illi tribueret, sive in criminalibus quoties reus est in vinculis, ne ita indirectè innocens absque delicto pernam perpetuae, seu longae carcerationis pati cogatur; Ut ex originali traditione Joannis Andreæ in cap. dilecti sub num. 3. de appell. quam sequuntur Abb. Dec. Felin. & ceteri Canonistae, Nevezian. conf. 97. Scacc. dicta quest. 17. num. 46. numer. 58. ubi bene distinguendo advertit, quod opinio denegans appellationem, procedit quando nulla adest requisitio, sed appellantis fundamentum consistit in lapsu temporis & in sola negligentia, secus autem dicta tria requisitione concurrente, quod etiam advertit Marchesum, ubi supra, num. 129. & seq. ac bene habetur per Rotam decis. 514. part. 1. divers. num. 4. & 5. ubi advertitur, quod praescriptio termini, juxta dictum Signaturae styli, dicitur unus in modis convincendi iudicem de negligentia, illumque privandi cognitione causae, sed non est modus unicus & privativus, ut Signaturae creditur, quia est cumulativus cum dicto alio remedio trinæ requisitionis, cum prolatione & appellatione a denegata iustitia, quoniam isti funt termini diversae diversae remedia continentes, ut ex Tolof. & aliis bene Cancr. p. 3. cap. 12. num. 252. & seq.

Eoque minus dicebam in hac facti specie dictum Conciliare decretum intrare, cum illud propriè & principaliter percutiat causas criminales, non scilicet subditi inquisiti, sub hoc praetextu efficiantur a proprio superiore & Ordinario incorrigibiles, cum facilitate huiusmodi appellationis, seu recurus. Sive etiam ad coercendas reorum & possidentium consuetas calumnias & subterfugia, cum quibus aliqui iniqui & perditii caudicis, conscientiam & honestatem post tergum ponentes, curant auctores defatigare, eosque cogere ad deserendam causam prosecutionem, ne scilicet extra patriam, & in longinquis partibus in prima instantia causas agere cogentur, ut habetur apud Gratianum, disp. 837. num. 15. cum seq. Quae ratio in praesenti non cadebat, cum non ageretur de prima instantia, sed de secunda, itaut a sententia Auditoris generalis iudicis prima instantiae, ad istud Tribunal Auditoris Camerae tanquam ad Curiam Papae omnino medio appellari poverit; Quinimo ratio quae movit Concilium, in praesenti porius requireretur, cum non esset reus, qui ad defatigandum adorem, ac ob dilationem & subterfugia appellaret, sed esset actor qui ad reum potentia ita oppressus, curabat coram subterfugia suscipere, unde propterea nisi resolutio subterfugalis esset expressè insinuato motivo prudentiali, quod scilicet forte ista defatigatio proveniret a prudentibus fratribus, ita ad istum minus prudentis dispositiones & errores coercendos, (quod tamen mihi ignotum erat,) reflectendo ad veritatem, non agnoscebam probabile fundamentum, cui talis resolutio innixa esset.

ANNOT. AD DISC. LXVIII.

V Ide dicta in Bononien. Substantiationis, pro fororibus de Catanis.

MELEVITANA ELECTIONIS FORI PRO TERESIA ET ALIIS DE MANGIONIS, CUM ANGELICA ETIAM DE MANGIONIS.

Causa disputatus in Signatura Iustitiae, & resolutus, ut infra.

An in Insula Melevitana in causis merè prophanis inter illos incolas laicos adiri possit Curia Romana per viam appellationis, & recurus, vel per viam electionis fori juxta terminos text. in l. unic. C. quando Imperator inter pupillos, &c.

Et de materia text. in l. diffamari, & l. si contentat, quis scilicet dicatur actor, vel reus, & quando clericus cum hoc remedio trahatur ad forum saeculare, vel potius ipse ratione connexionis trahatur totam causam ad suum forum Ecclesiasticum, etiam respectu laicorum coeorum.

Et

Et an dictum privilegium laicæ concessum viduis competat virginibus, & de eisdem privilegii conquisitione inter aequè privilegiatos infimul contententes.

S U M M A R I U M.

1. Facti series.
2. Distinguntur quaestiones cum resolutione causa.
3. De concessione Insulae Melevitanae Religioni Hierosolymitanae alias Specian. ad Regnum Siciliae, & n. 8.
4. An sit effectiva Ecclesiastica, itaut a M. Magistro ejusque officialibus appelleret ad Papam.
5. M. M. Melevitanus non impedit electionem fori.
6. De privilegio Religioni Hierosolymitanae circa appellationem.
7. Quando dicta privilegia intrent.
8. Quomodo sit concessio Insulae, de qua n. 2.
9. Quando causa prophana Insulae Melevitanae veniant ad Curiam.
10. Privilegium electionis fori ex l. unica an competat virginibus sicut viduis.
11. An inter viduam & virginem, seu aequè privilegiatas de re electio fori.
12. An ob connexionem causae clericus trahatur totam causam ad forum suum.
13. Intentionis remedium diffamari, an dicatur actor, vel reus.
14. De Statuto de continuanda possessione militante in Regno Siciliae ultra, & consequenter in Insula Melevitana.

D I S C. LXIX.

C Ontracto matrimonio inter Valerium, & Isabellam, cum pacto, ut bona per utrumque constante matrimonio acquiritura esse deberent filiorum ex eodem matrimonio procreandorum, de quo pacto habetur in hac eadem causa sub tit. de successione. Cum procreati essent duo filii, Vincentius scilicet, & Angelica, quorum primus utriusque parenti praedecessit, quatuor filii superstitibus, Salvatore scilicet, Vincentio, Teresia, & Theodora, sequuta deinde morte prius Isabellae, deinde Valerii, qui de majori honorum partu disposuit ad favorem Anglicae filiae. Orta sunt proinde controversiae inter Joannem & Angelicum praetatos ejus ex Vincentio fratre praedecessit nepotes quos ipsa contum ejus iudice ordinario saeculari evocavit in iudicio manutentionis in possessione bonorum, & primum, quae erant in controversia, instando pro sententia absolutoria a jactatis & comminatis molestiis ex remedio leg. diffamari, & l. si contentat, & c. citando ad causam Teresiam puellam adultam, ac Salvatorem clericum, & fratrem majorem, non nomine proprio, sed tanquam tutorem Vincentii, & Theodorae pupillorum etiam laicorum, atque sententiam favorabilem juxta petita obtinuit; Clericus pendente causa coram iudice appellationis, Salvator clericus, asserens se aequè principaliter interestatum, ac nonnato controversorum possessorem, in vim statuti de continuanda possessione vigentis in Regno Siciliae ultra Pharium, cum cuius legibus in hac Insula vivitur, declinasset dictum forum saeculare, petendo totam causam reasumi per Ordinarium id recitantem. Idcirco per dictum Salvatorem ab huiusmodi denegatione interposita fuit appellatio ad Papam ejusque Curiam, necnon cum mulando remedia, cum quibus foris laicalis dicta Insulae in totum evitari posset, praetati Vincentius, Teodora, & Teresia, tanquam pupilli, & virgines respective, ex privilegio sibi competente per l. unicam, C. quando Imperator inter pupillos &c. elegerunt forum Auditoris Camerae, obtinensque consensu inhibitionibus in forma, per dictam Anglicam adita fuit Signatura Iustitiae pro illarum moderatione, ac remissione causae ad partes; Antequam vero haec disputatio assumeretur, per dictos Salvatorem, Teresiam, & confortes, pro veritate deturperatus fuit super utroque modo subministratum in Curia, vel scilicet per dictum privilegium remedium electionis fori, virginibus, & pupillis competens, vel per dictum alterum remedium appellationis interposita per Salvatorem clericum declinantem forum saeculare, tam quoad fe, quam quod correo laicos, conexum interesse cum eo habentes. Atque super utroque responsi Me, contra ipsos requirentes habere difficultatem. Utrumque quòd punctum, tam occasione respondendi pro veritate, quam occasione scribendi super primo pro eisdem in Signatura examinando.

Card. de Luca, Lib. III.

Quatenus pertinet ad primum, super dicto privilegio remedio electionis fori, de duobus agebatur; Primum, an Papa dicendus esset Princeps respectu causarum merè laicarum inter privatos cives, & incolas saeculares dicere Insulae, itaut intraret electio fori, seu Curiae Romanae. Et secundò, postea quod sit electio intraret. An huiusmodi privilegium conquisitum remaneret, ex eo quod ageretur contra viduam aequè privilegiatam, Cumque DD. de Signatura, ut mihi retulerunt, super primo articulo fe involutos agnoscerent, libenter amplexi sunt alterum motivum conquisitionis privilegiorum non curatis iis, quae ut infra deducebantur, quamvis forte alias cessante prima difficultate admittenda fuissent, ideoque rescriptum fuit pro remissione causae ad partes, (sicut ad Ordinarium) Unde propterea incidenter, ac indirectè, obtentum fuit id quod principaliter, & ab initio desiderabatur, sed timebatur, cum ita in casu gravaminis ab Ordinario tanquam Ecclesiastico, indubitata remaneret introductio causae in Curia per viam appellationis; (Talia enim sunt fura causarum, in quibus saepe incidenter obtinentur ea, quae cum summo studio summae diligentia obtineri non possent, si principaliter disputarentur.)

Super dicto igitur primo articulo. An scilicet Curia Papae dicenda esset forus Principis ex dicto privilegio leg. unicè eligendus. Quamvis Ego & ceteri pro hac parte scribentes, praevidendo alterius partis oppositionem, admittentem istam Insulam alias membrum, & de pertinentiis Regni Siciliae ultra Pharium, ex munificentia Caroli V. concessam fuisse huic Religioni post ejus expulsionem ab Insula Rhodi, & de qua concessione fit mentio per Borell. de praesent. Regis Carolici, cap. 73. n. 89. Larat. in thaur. feudali tom. 1. p. 9. d. lucid. 79. n. 10. Tappia dec. 8. Supremi Consilii Italici, n. 23. Merlin. lib. 1. contrav. 95. n. 18. & alii.

Dicebam tamen, quod cum huiusmodi concessio facta esset M. Magistro tanquam Generali iuris Religionis & Praelato Ecclesiastico; hinc proinde dicta Insula effecta erat de iuribus Ecclesiae, atque ut nostri dicere solent, Sanctae Sanctiorum; Et consequenter sub Principatu Papae, ad quem ab inferioribus Praelatis appellatur, juxta opinionem, quam serè omnibus de materia agentibus cumulatim, atque contrariis respondendo, ex profecto tueretur Spada conf. 5. & 6. lib. 1. quem loco omnium allegare sufficit, ac etiam de Rubis in ejus allegationibus impressis apud Massin. de confis. & sequuntur Diana & ceteri moderni Morales, de quibus in Lucana sub tit. de Feud. dist. 20. Posito enim jure appellandi ad Papam tanquam Superiorem, resultat de consensu dictum jus eligendi eius forum, tanquam Principis & Superioris.

Atque aliqui ex nostris, tanquam individuale magnificabant dec. 16. Crescenti, de privilegiis, ubi in specie habent M. Magistrum huius Religionis tollere non posse, vel impedire electionem fori competentem ex hoc privilegio; Illud etiam subiungendo, quod concessio facta per Carolum V. Religioni de hac insula, non esset in feudum, sed jure simplicis donationis in alodium, allegando in id Borell. & Larat. ubi supra. Atque Ego scribens tanquam Advocatus dicebam, unum de duobus concedendum esse. Vel quod huiusmodi appellationes, seu fori electiones darentur ad Papam, ut supra, tanquam a Praelato Ecclesiastico; Vel quod M. Magistro considerato tanquam feudatario Regis Siciliae, id facendum esset ad illum Regem quique Suprema Tribunalia, unde cum hoc secundum non praestiterit, idcirco perneccesse dandum erat primum, ne alia ita locus remaneret acceptabilis, ideoque dicta observantia comprobare videbatur superioritate Curiae, cum uldando etiam multas Rotae decisiones, quae habentur praesertim apud Orthobon. & Rojas, ac in posterioribus partibus 9. 10. & 11. recent. de multis causis in eodem Tribunali agitatis inter privatos huius Insulae cives & incolas super bonis & iuribus merè prophanis, quod dicebam alias sequi non potuisse, nisi per appellationem.

E converso adducebantur amplissima privilegia per Sedem Apostolicam huic Religioni concessa, de quibus in conf. 9. Pii IV. illud praesertim prohibitivum appellationis non nisi post Consilium Ordinarium ad Consilium completum, ac ultimo loco ad Capitulum Generale. Et quamvis in Curia receptum sit huiusmodi privilegia non tollere appellationes ad ipsum Papam, nihilominus non exinde inferunt ad jus appellandi ad A. C. vel alia Curia Tribunalia, vel ad ea iure electionis fori recurrenti, cum solum de re recurus ad ipsummet Papam frequentius huiusmodi causas committere non solum nisi in plena Signatura gratiae, Re-

K 3 ligione

ligione audita, ita ut signatura iustitie non possit apponere manus in committendo, ut patet ex pluribus causis Melevitanis, hoc eod. lib. sub tit. de pœnitenentiis occasione admittionis ad habitum iustitie ac agendi de nobilitate, ac etiam sub tit. de beneficiis.

17 Illud autem fundamentum erat levisimum ex defectu applicationis, quoniam premissa procedunt in concernendis ipsam Religionem, ac negotia inter Religionem, & particulares, seu inter ipsos Religiosos, super concursu scilicet ad commendas, & dignitates, sive super denegatione habitus & impugnatione, vel respectivè canonizatione nobilitatis iuxta causas ut supra enunciatas: Secus autem in causis merè prophanis privatorum, quæ in dies per appellationem agitantur coram A. C. vel in Rota cum commissio- nibus Signaturæ iustitie, quoties agitur de appellatione à foro Ecclesiastico Episcopi, vel Inquisitoris. Sed punctus difficultatis est, quid inter laicos à sententiis M. Magistri tanquam Principis temporalis, ejusque Magistratum & officium.

Et in hoc, discurrendo pro veritate, dicebam, premissis non obstantibus probabilius videri neque appellationem, neque fore electionem dari, nec ad Curiam Romanam, nec ad Regia supremamque Tribunalia Regni Siciliae. Licet enim verus sit Insulam prædictam concessam esse in feudum sub annua recognitione ac reservatione illius superioritatis, cum alto, seu altissimo dominio, quod vulgò *sevanità* nuncupatur, ut advertunt Tappia & Merlin. ubi supra, nullatenus curatis dictis auctoritatibus Borelli & Laratae, cum ipsi non defendant ad hos terminos, neque distinguant an hujusmodi concessio fuerit in feudum, vel in aliodium; sed solum incidenter ac historicè hujusmodi concessiones enunciant, Nihilominus est feudum majoris ordinis cum Regalibus majoribus, ac omnimodò jure Imperii & Principatus, alio concedenti non reservato nisi dicta superioritate, cum altissimo dominio, vulgò ut supra *sevanità* nuncupato, eodem modo quo in Italia sunt, Ducatus Mediolani, Mutinae, Regii, Senarum, & similes quoad Imperatorem. Ac sunt, Ducatus Parmae, & Placentinae quoad Papam, priusque erant, Ducatus Ferrariz, & Urbini, de quorum, & feudatiorum prærogativis cum Regalibus majoribus ac suprema potestate quoad subditos, habetur pluries sub tit. de feudis; Et consequenter ipse feudatarius dicitur quoad subditos, Princeps & Superior ipse, cum quo dictum privilegium electionis fori est practicabile, denegato recurru ad concedentem, ut in omnibus prædictis Principatibus, quamvis jure feudis possessis, observantia docet. Ac etiam in Regno Neapolitano.

Ideoque non intrat questio, de qua apud Spad. *dis. conf. 5. & 6.* & alios, cum ea percutiat Episcopos & inferiores jure subordinati domini aliqua loca in dominio temporali habentes, quorum respectu dicta opinio non caret difficultate, ex his quæ habentur in dicta Lucana jurisdictionis, seu Imperii sub tit. de feudis, *disc. 60.* ubi de materia; Secus autem in hoc M. Magistro quo non incongruit titulus & gradus Supremi Principis in ea Insula, eodem modo quo in supra enunciatis.

Porissimum ita docente observantia, que in omnibus est optima interpretis, quoniam perquisitis cum aliqua diligentia decisionibus Rotæ, quæ habentur in hujusmodi causis Melevitanis prophanis, & super bonis temporalibus independentibus à Religione, ex eis constat de mixtura Ecclesiasticorum, quorum ratione, cause agitatae sunt in foro Ecclesiastico Episcopi, vel Inquisitoris, à quo de plano intrat appellatio ad Curiam, De facili autem repecta non fuit causa merè laicalis, & inter laicos introducta per appellationem ab illis iudicibus & Tribunalibus laicalibus.

Neque attendenda videbatur dicta decisio Crescentii, ubi in specie de hoc privilegio competente adversus M. Magistrum hujus ordinis, quoniam ut ex eadem decisione liquet, ibi agitur de causa, in qua M. Magister non consideratur tanquam Princeps & Superior, sed tanquam pars colligans, quæ in vim privilegiorum suæ Religionis prætendebat, ut tanquam privilegiatus cessaret faceret dictum alterum privilegium, & sic extra casum controversiæ.

Hinc inanis remanebat inspectio, super competentia hujusmodi privilegii virginibus, vel super consaflatione privilegiorum inter hinc inde privilegiatos, cum deficeret privilegium in radice; Quatenus verò de hoc agi debuisset primus punctus remanebat planus; licet enim text. in *dicta l. unica* in verbis loquatur de viduis, unde propterea apud antiquiores dicitur fuisse, an competet etiam virginibus, ut patet ex collectis per Novar. in hoc tract. electionis

fori, *part. 2. quest. 7.* & plenius in elaborato & copioso vna Signaturæ extenso per de Grandis innum ex dicti Tribunalis Prælati 18. Decembris 1597. Nihilominus, ut patet ex eodem voto & Novar. ubi supra, quæ docet inconcussa praxis omnium Principatum, sub nomine viduarum, veniunt etiam virginibus absque dubio hujusmodi privilegio gaudentes; ideoque difficultas restringebatur ad punctum con- qualificationis privilegiorum, dum agebatur contra viduam æque privilegiatam.

Pro hoc obiecto removendo, in responsionibus duo dice- bam, quæ tamen, ut supra insinuat est, examinata non fuerunt neque habita in consideratione, ut sub hujus motivi colore effugeretur necessitas examinandi punctum principalem, de quo supra. Primò, scilicet quod ista materia videatur arbitraria, ex singularum casuum particularibus circum- stantibus decidenda, ponderando scilicet quis reputaretur majore beneficio dignus, vel de potentia, ac respectivè opp- pressionem suspectus, ex his quæ in hac materia plene ha- bentur apud Capyc. Latr. *decis. 95.* quæ videtur in materia de magistratibus, ubi deciditur pro privilegio clericis, etiam adversus viduam, ponderando an unus ageret de lucro alter de damno, sive an timens perhorrescentiam, ac recurrens ad forum Principis, meliorem causam fovcat necne cum filiabus.

Et secundò, quod posita etiam conqualificatione inter vi- duam & virginem æque privilegiatas, ita ut casus reduce- retur inter eas ad terminos juris, perinde ac si neutra privi- legia esset; Adhuc adest pupillus, qui ex eodem privilegio, sublatò ut supra impedimento, causam ad forum Principis tra- here poterat.

Verum, ut superius dictum est, hæc non fuerunt exami- nata, sed remanent in simplicibus terminis movendi, sed occasione dictæ disputationis incidenter præsertim in responsionibus deductum fuit, quod ubi cessante dicto privi- legio electionis fori, videretur causam ad partes remitti debere, id faciendum esset ad Ordinatum Ecclesiasticum, propter mixturam Clerici trahentis absque dubio totam cau- sam, quando intrat connexio, de qua in presenti non dubitabatur, dum omnium fratrum jus, seu defensio pendebat ab eodem puncto; Unde propterea certa est competentia fori Ecclesiastici, tanquam dignioris, & capax iudican- di, etiam inter laicos, quod non est in iudiciis laicis respec- tu Clericorum.

In discursu tamen habito pro veritate, satis dubitabam de motivo, quoniam cum dicta Angelica licet suspone- retur posseditrix pecuniarum, & honorum, quæ erant in controversia, idcirco convenienda erat per Clericum in foro suo laicali, juxta dispositionem text. in *cap. si Cleri- cus laicum, de foro competentis*. Nil obstanti, quod ipsa tan- quam actrix dictos fratre ad iudicium provocasset, quoniam licet apud antiquiores magna questio fuerit, an intentans remedium, *leg. diffamari, & leg. si contentandus*, dicitur actor, vel reus; Nihilominus ubi tale remedium adhibens est possessor, illud intentando ad se conservandum in sua pos- sessione, ac reportandam absoluturam, & liberationem à jactatis molestiis, tunc verior, magisque recepta opinio est, eum censeri potius reum, quam actorem, ex bene deductis per Chacheran. *decis. 151.* Muscatell. in *praxi civil. part. 1. ver- bo reus*, ubi late Pratus in addit. Cavaler. *decis. 587. decis. 417.* apud Postumum *de manutent. decis. 102.* in *fin. part. 6. re- cent. decis. 57. numer. 31. & seqq. part. 7.* & in aliis, de qui- bus alibi hoc tit. ac etiam in Romana legati sub tit. defend. *disc. 33.*

Et quamvis per requirentes motivaretur, quod Clericus dicendus veniret possessor ex statuto continuativo posses- sionis vigente in Insula Siciliae, de quo plene Amat. *resol. 39.* locum etiam habente in hac Insula, quæ vivit cum legibus dicti Regni, ut præsertim in terminalibus statuti habe- tur apud Orthobonum, *decis. 176. & 195.* Nihilominus non videbatur motivum considerabile; Tum quia illud locum non habet resistente voluntate defuncti, ut apud Amat. & Orthobonum, *ubi sup.* & communiter; Tum etiam, quia hoc dicitur civilissima, & intellectualis possessio facta non faciens possessorem verum ad effectum fori in concursu possidentis naturaliter, & de facto, cum ad hunc effectum attendendum videatur ipse actus naturalis deteriorationis de facto, quoniam agitur de expellendo, vel conservando respec- tivè illo, qui rem de facto possidet cum ea naturali pos- sessione, quæ pedum possessio dicitur; Idcirco hic actus per suum iudicem est faciendus, civilis enim, vel civilissima possessio potest quidem esse apta per quandam legis fictio- nem ad effectum, ut etiam privilegium retinendū, seu ma- nuten-

nutentionis poseffionum competere valeat pro acquirenda poseffione naturali, eaque cum civili conjungenda, non autem ad hunc effectum, in quo ipsum factum naturalis poseffionis spectandum venit.

ANNOT. AD DISC. LXIX. & LXXII. & LXXX.

D E privilegio electionis, & variationis fori, de quo in his discursibus agitur, ad materiam text. in *leg. unic. C. quando Imperat.* innum tarò in civilibus disputatur in Curia, in qua frequentius in criminalibus de hoc agitur; Et de hac Insula Melevitana; & de duplici persona, quæ perit, Magnus Magister S. Hierosolymitanæ Religionis agitur in *Miscellan. Eccl. disc. 4.*

A L B A N E N.

PRO OFFICIALIBUS CURIE SÆCULARIS, CUM PROMOTORE FISCALIS CURIÆ EPISCOPALIS.

Causa disputata in Sacra Congregatione Immunitatis, & resoluta pro Officialibus.

An Iudex laicus Ecclesiasticam Immunitatem viola- re dicitur per actum recognitionis corporis delicti in domibus Cardinalium, vel aliorum Ecclesiasticorum, & immunitum, & quæ do- mus Cardinalium à laicali jurisdictione exem- ptæ sint.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Domus Cardinalium fixæ, & annexæ titulis Cardinali- bus regulariter jure domus Episcopalis.
3 An palatium, & domus Cardinalium private habitationis gaudeant immunitate.
4 Quid in domibus vulgibus, seu alias accidentaliter tentis.
5 Domus Religiosorum gratia rurandi, seu ex alio acciden- ti nunguantur immunitate.
6 Quid de domibus, in quibus Episcopus habitet accidenta- liter.
7 Ubi domus habitatur per laicos, & habet jannam in via absque eo, quod habeatur accessus per Ecclesiam, atrium, vel clausturum non gaudet immunitate.
8 De recognitione corporis delicti faciendâ pro iudicem lai- cum in Ecclesia, vel loco immuni.

D I S C. LXX.

H Abitantibus quibusdam rusticis operariis in parva mansione subus domum, quam in Civitate Albanen. habe- bat Cardinalis Maculanus, sine S. Clementis, causa rurandi, sive occasione plurium vinearum, quas in eo territorio pos- sidebat, cum castis dedisset homicidium unius ex eis, offi- ciales Curie secularis, evocati etiam per quemdam eisdem Cardinalis tunc absentis ministrum, accelerant ad dictam domunculam habentem jannam in via publica pro recogni- tione corporis delicti, unde propterea Curia Episcopalis Al- banen. prætendendo dictorum Officialium incursum in cen- suras ob Ecclesiasticæ immunitatis violationem, eos citavit ad dicendum causam quare non deberent declarari incurssi, quare istis alio non expectato iudicio illud recurrentibus ad Sacr. Congregationem immunitatis, per illam demandatum fuit abstinere ab ulteriori processu, habendo dictos Officiales pro excusatis, & non incurssi, quamvis prodictæ etiam con- suetum prudentiale scripturum, quod consulant conscientie suæ, prout eis videbatur.

In hacigitur disputatione, prævia protestatione semper repetita, nil desuper firmandi, nisi ad effectum præsentis controversiæ, ac relinquendo in reliquis integrum locum ventatis; Quatenus pertinet ad punctum immunitatis com- petentis domibus Cardinalium; Dicebam quod ut agimus de omnibus annexis Ecclesiis, seu titulis Cardinalitatis, ut- pote ipsorum Cardinalium habitationis apud proprium Ti- tulum destinatis, & tunc admittendam eas regulandas esse jure domotum Episcopali, cum in hujusmodi titulis ju- re Episcoporum, vel quasi censendi veniant, ex his, quæ ha- bentur in Romana jurisdictionis, seu tituli Cardinalitatis, hoc eod. tit. *disc. 34.*

Aut de palatiis, & domibus, vel propriis, vel conducti- tis, in quibus in Urbe, vel alibi jure privato vivunt, & Card. de Luca, Lib. III.

tunc si que immunitas eis competit, illa non est ratione lo- ci Ecclesiastici, sed potius ex quadam consuetudine, ex de- ductis per Farinac. *quest. 21. num. 48. & in appendice, de im- munit. Eccl. num. 274.* Del bene, *de immunit. tom. 2. cap. 16. sect. 15.* apud quos de moderatione hujusmodi exemptionis ex Constitutionibus Gregorii XIII. & Sixti V. Sed quia non erant in casu, idcirco juxta stylum, his obiter insinuat, nil desuper firmabam.

Aut admilla etiam immunitate in palatiis, seu domibus eo- rum fixæ, & continue habitationis, agitur de domibus ru- ralibus, seu aliis extra locum habitationis accidentaliter ten- tis, qualis erat casus controversiæ; Erant istis, absente præ- fertim ipso Cardinali, sine dubio pro non exemptione præ- pondendum videbatur, quoniam cum ipsa exemptio prin- cipalis habitationis non proveniat à jure, sed à consuetudine, ut supra; istis qualitas, & natura est, ut attendi debeat in casu prædicto, & individuo, non autem extendi de casu ad casum; Quinimo etiam quoad domos Religiosorum, quas retinent rura, seu alias pro hospitio, illis non competere im- munitatem, habetur apud Barboz. *de jur. Eccl. lib. 2. cap. 3. n. 76.* Et tamen eorum Convenus, seu Monasteria sunt im- munita tanquam loca Ecclesiastica; Et de domo, quam habet Episcopus, dum transcurrit decessim occasione visitatio- nis, seu ex alia causa, quod solum habeat immunitatem ipso presente in reverentiam persone. Del bene, *d. tom. 2. cap. 16. sect. 14. n. 12.* ubi etiam *n. 2.* de domo Episcopali ipso Epi- scopo absente, vel mortuo; Multo magis in hac facti specie, in qua nulla concurrunt circumstantiæ hujusmodi præter- sam violationem omnino excusantes, etiam si dicta exem- ptio, seu immunitas in ipsis domibus consuetæ habitationis admittenda esset; Primò scilicet, quia hæc non erat domus consuetæ habitationis, sed ruralis; Secundò, quia Cardina- li absente; Tertio, quia agebatur de domuncula inhabitata per viros laicos cum janna in via, absque eo, quod per ip- sam domum exemptam haberetur ingressus, ex ponderatis in simili apud Apont. *dec. 35.* Sanfelice. *dec. 136.* Peregr. *de im- munit. cap. 4. num. 27.* Et demum, quin dictus accessus fuerat sincerè, & cum optima fide prævia evocatione per ministrum ejusdem Cardinalis; Unde propterea quidquid esset de que- stione, an iudex laicus recognoscere posset corpus delicti in Ecclesia, vel loco immuni sine licentia Ordinaris, seu superi- oris Ecclesiastici, de qua habetur per Sprell. *decis. 51.* ubi concordantes; Admissa etiam opinione negativa juxta sententiam Ecclesiasticorum, ea præcedit, quando Ecclesiastici superio- ris contemptus quodammodo concurrere videntur, seu quid alias actus scandalum parere valeat, ut contingit, quando ageretur de exhumando cadavere jam sepulto in Ecclesia, vel cæmeterio cum similibus, in quo casu frequentius scribentes exemplificare solent; De reliquo enim nulla considerabilis videtur Ecclesiasticæ immunitatis violatio, vel perturbatio, cum laicus hujusmodi actus gerat, tanquam necessarius, & preparatorius cognitionis causæ cum propriis subditis, & ad effectum puniendi delinquentes, ne delicta impunita rema- neant, cum absque hujusmodi inquisitione generali, seu re- cognitione corporis delicti, ad inquisitionem specialem, & cognitionem causæ deveniri non valeat.

ANNOT. AD DISC. LXX.

S Uper contentis in hoc discursu, in quo agitur de domibus Cardinalium, & de recognitione corporis delicti in loco immuni, occasio non dedit agere, ideoque pro non nunc ob- servatione dignum advertere occurrit.

ROMANA, SEU ANCONITANA PECUNIARIA PRO ALOYSIO GREPPIO, CUM VINCENTIO DE ANTONIO DE COCCHIS.

Causa disputata in Signatura Iustitiæ, & pro Greppio resoluta.

De foro celebrati contractus inter absentes, qua- lis dicitur, an ille mandantis, vel ille manda- tarius, in quo mandatum acceptatur, & contra- ctus perficitur; Et quid de hujusmodi, an cen- seatur suo foro renunciante.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 An forus contractus sit competens contra absentem, vel alias ab eo exemptum.

- 3 Pra contractibus gestis in Urbe A.C. procedit etiam contra absentes, & quomodo.
- 4 Qualis dicatur locus contractus, & ubi iste perficiatur.
- 5 Fidejussor non censetur renunciasse eius foro, quod declaratur.
- 6 An ex laudatione res solut obligatio, ita ut laudator teneatur pro eo quem laudavit remissive.
- 7 Privilegia particularia circa certum forum non suffragantur quoad Curiam Romanam, seu supremam Principis concedentia.
- 8 Declarantur tenentes contrarium.
- 9 Facta semel electione fori, an liceat variare.
- 10 Quod accedente obligatione camerale.

D I S C. LXXI.

Scribentibus Cocchis Anconae mercatoribus Aloysio Gregorio in Urbenegociatori, ut tractam sibi a Platto ex Venetiis faciendam in causam Francisci Pighetti, pariter Anconae mercatoris impleverit, quia (sunt verba praecitata) *aviamo suo fine*, cum Gregorius tractam impleverit; Factis autem aliquid diligentibus, a Pighetto de summa soluta non reintegraretur, iudicium infertur coram A.C. contra praefatos de Cocchis, quibus forum praedictum reculantibus, & contentibus causam remitti ad forum mercatorum Anconae, tum ex eo, quod agebatur de prima instantia iuxta regulas generales, ut abor forum rei sequi debeat, tum fortius ex quodam speciali privilegio concessio mercatoribus, & negotiantibus Anconitanis, ut non nisi in illo foro mercatorum cause summarie cognosci debeant.

Assumpta deluper disputatione in Signatura Justitiae, totus punctus erat, qualis dicendus esset locus contractus; Quicquid enim in puncto iuris inter DD. disputaretur, an locus contractus dicitur forum competentis etiam ratione absentium, & eorum, qui alias ab eo exempti essent, de quo apud scribentes *in leg. haeres absens, de iudicis*, ex plenè deductis per Carleval. *de iudic. tom. 1. disp. 2. tom. 160.* qui saltem ex communi observantia affirmativam tanquam veritatem ex libi allegatis probat; Omnis difficultas in proposito cessabat in contractibus gestis in Urbe, in quibus, sive ex recepto stylo, sive ex facultatibus A.C. hic pro eorum observantia, & executione, procedit etiam contra absentes, quamvis non citatos, nisi per affectionem, vel contraditas in eadem Urbe, ut per Salust. *in praxi, lib. 2. c. 16. Rind. lph. in praxi part. 1. cap. 3. Rota dec. 847. part. 3. di. ver. lib. 3.*

Contractum verò gestum fuisse in Urbe, ibique promissam solutionem, pro Gregorio scribens, certum dicebam, quamvis mandatum datum esset ex Civitate Anconae, ubi mandantes morabantur, quia cum in Urbe moraretur mandatarium, & aequè hic mandati acceptatio, & consensum consensum conjunctione perfectionem recipiens, ut bene, & punctualiter in terminis consimilis tractae factae ex Civitate Neapolis alteri negotiatori Urbis, firmatur *dec. 395. num. 2. part. 5. recept.* que decisio in Curia est passim recepta, utpote in iure bene fundata.

Pro altera vero parte scribentes, duo dedebant ordinem concernentia; Primo nempe, quod cum negotium principaliter spectaret ad Pighettum, in cuius causam tracta facta erat, praedicti Cocchii, quamvis ex Pighetti laudatione aliquam obligationem contractissent, praetendit solum poterant fidejussores, qui proinde suo foro renunciasse non censetur, ad text. in *leg. fidejussor, ff. qui satisfare cogant*, & firmant scribentes, ex late deductis per Enrigium *de fidejussor. cap. 34. n. 16. cum seqq.* Et secundo, quod in omnem eventum eis suffragari deberet factis amplum Indultum per Sedem Apostolicam concessum Anconitanis negotiatoribus, ut non nisi in illo mercatorum foro eorum causa tractari deberent, quorum unum sufficere dicebant pro remissione.

Quibus tamen non obstantibus, pro competentia fori A.C. cum iustitia fundamentum resolutum fuit; Quatenus enim pertinet ad primum, dicebam conclusionem deducendam ab Enrigio *loco cit.* vel procedere in fideiussione praefata pro forensim in foro suo; Vel verius Enrigium, & alios, in quibus ipse se fundat, loqui cum praesupposito, ut ratione contractus quis non foriatur forum, nisi in eo apprehendatur iuxta plurimum opinionem cum qua ipse Enrigius procedit, & eaque recta inserat ad conclusionem praedictam, que proinde ita corruit ex cessante dicto praesupposito, vel quia contraria opinio sit probabilior, ex deductis per Carleval. *loc. cit.* vel quia stylos Curiae, seu facultates A.C. huiusmodi quaestiones tollant, ut supra.

Dicebam ulterius, quod versabantur extra causam fideiussoris, ac potius in terminis principalis debitoris, cum licet per dictos Cocchos, Gregorio scripserit, continere dicerentur potius mandatum, ita ut principaliter, & directè ipsorum fidem Gregorius, implendo tractam, & sequitur dicerent, quamvis e converso scribentes pro altera parte praetenderent, hanc esse simplicem laudationem, ex qua nulla res solut laudantis obligatio, nisi concurrente dolo; Quia tamen de hoc puncto deinde particulariter actum fuit in disputatione causa post jam firmatam jurisdictionem, & forei competentiam, idcirco de hoc puncto habetur in sua materia *sub tit. de credit.*

Quo verò ad alterum fundamentum deducendum ex Indulto Anconitanis negotiatoribus concessio, dicebam illud quidem procedere respectu aliorum iudicum, & curiarum, non autem quoad forum, seu curiam ipsius Principis ejusque Civitatis Metropolis, quia in huiusmodi privilegiis, & exemptionibus, regulariter comprehensa non censentur ipsius Principis persona, vel curia, nisi specialis mentio fiat, iuxta *conf. 62. Oldrad. num. 2.* Unde prohibita appellatione, non censetur prohibita ea, quae ad ipsum Principem, seu Sedem Apostolicam interponantur, ad text. in *cap. venientes, de iur. iur. ubi scribentes, de quibus Adrien. ad Berrate. dec. 170. l. B.* & ita passim servatur in praxi in Civitatibus Ferrar. Beneventan. Avenen. & aliis consimilia indulgentia habentibus, quoniam ea non suffragantur circa contractus in Urbe celebratos, vel solutiones in eadem destinatas, ex dicto stylo rationaliter fundato in praerogativa, quae ratione majoris commercii debita est Regiae, & Metropolitanæ Civitatis.

Et quamvis per alteram partem deduceretur auctoritas Gratian *discept. 569.* ubi in specie firmatur remissio cause ad forum rei, quamvis contractus in Urbe celebratus esset, Respondendum tamen hanc auctoritatem retorqueri, cum potius firmetur competentia fori ratione contractus, ut supra, quoties de illo exequendo, vel ad implendo agitur; Secus autem, ubi eo iam impleto, tractaretur de repetitione indebiti, qualis erat casus Gratiani, cum tunc contractus esset iam impletus, atque ageretur de novo iudicio in diversâ actione mere personali.

In quadam alia Ancont. pecuniaria, seu dotis pro illis de Manfionis cum Alexandro Maffero, aliam jurisdictionalem controversiam disputavi in Signatura Justitiae in casu converso, remissionis scilicet causae ab A.C. ad forum mercatorum dictae Civitatis; Cum enim introducentibus dictis de Manfionis causam in Curia coram A.C. ad eundem Mafferi, ac invicti ejus auctoritas instantiam, ea remissa fuisset per Signaturam ad dictum forum Consulum mercatorum Anconae, post causam ibi notabili tempore agitatum, & instructam, Mafferi qui fei creditorum vigore obligationis camerale praetendebat, variando dictum forum, illum A.C. adire, sed pro Manfionis scribens, id illicitum dicebam, ex regula, quod facta semel unius fori electione patere debet via iam electa, neque concedenda esse revertari ad iudice electo ad alterum jam recusatam, ut reprobrata Gloss. *in auth. habita, C. nescius pro patre, vtiorem firmant ibidem Bart. num. 7. Bald. num. 63. Cyn. num. 7. & ceteri cumulatim per Carleval. de iudicis, tom. 1. disp. 2. n. 489.* & hanc etiam dicit veriore Marcellian. *de commissis part. 2. n. 84. & seq. fol. 312.* Et quamvis per alteram partem adducerentur deducta per Novar. *de elect. for. n. 1. q. 3.* ab eo tamen cavendum dicebam, cum ipse loquatur acentis constitutionibus, seu praxi, & stylo particulari Tribunalium Neapolis, ut ita conciliando advertit Carleval. *loco cit. num. 605.*

In contrarium, potissimum fundamentum constituebatur in obligatione camerale, cuius ratione receptum est, competere creditor pro ejus executione iussumumque fori, quamvis alias incompetentis electionem, ob clausulas in eisdem obligationibus formula contentas; Replacabam tamen, dictum privilegium esse verum quoad fori electionem, non autem quoad eundem semel electi variationem, cum tunc huius obligationis privilegium consistere dicitur in variatione iudicii, seu modi exequendi, non autem quoad variationem iudicii, nisi data debitoris contumacia, ut apud Peniam *dec. 3.* iuxta Venetiam, & Lugdunensem. *num. 16. repetition. apud Zacch. de oblig. com. dec. 56. n. 19.* & conferunt deducta per eundem Peniam, *dec. 134.* iuxta Venetiam alias 1697 iuxta Lugdunensem. Incerta est resolutio, que iuxta praemissa probabiliter creditur, dum de huiusmodi causa non fuit amplius actum, ut sequatur etiam si remanens in Curia, in qua sepe contigit Advocatos remanere incertos de causarum exitu, praetertim huiusmodi executivarum, ulteriorem

tem tractum, ut plurimum non habentium, cum eam curam non habeant incumbentem causam patroni, quorum etiam nomina sunt sepius ignota, quia informationes facti frequentius resaliunt.

ANNOT. AD DISC. LXXI.

Parter alia non adit occasio disputandi de articulo contento in hoc discursu super competentia, scilicet ratione, idcirco ad jam deducta fuisse relatio.

BONONIENS. REMISSIONIS CAUSE PRO MONTECUCCOLIS.

Disensus pro veritate.

An pupillus, vel alia persona miserabilis succedens non privilegiato lite jam coepta in prima instantia, possit in secunda instantia uti privilegio *leg. unica, C. quando Imperat.* maxime ad effectum avocandi causam ad Curiam Principis, & petendi remissionem ad Ordinarium, & immediatum iudicem appellationis in Provincia existentem.

S U M M A R I U M.

- 1 Privilegiatus succedens non privilegiato lite pendente, quod non trahat causam ad forum suum ex l. unica, & num. seqq.
- 2 An haeres ex persona propria declinet formam defuncti, & utatur privilegio l. unica, contrarium num. 7.
- 3 De rationibus dictae conclusionis.
- 4 Causa prima instantia, & causa appellationis est eadem, & num. 12.
- 5 An dicta conclusio procedat in Clerico herede.
- 6 De privilegio leg. unica, ut procedat in quacunque instantia.
- 7 Impugnantur conclusiones, de quibus num. 1. & 2. & de materia text. in l. haeres absens.
- 8 An privilegium superveniens post motam litem suffragatur.
- 9 De conclusione, an haeres litetur instantia coepta cum defuncto.
- 10 Causa appellationis est de diverso iudice, & Tribunali a prima instantia.
- 11 Ad dictis Doctorum non licet arguere a contrario sensu.
- 12 Quod causa appellationis non sit eadem cum prima instantia, & de pluribus illustrationibus.
- 13 Pupillus factus adultus, vel vidua uxurata, an retineant privilegium l. unica.
- 14 Restitutio in integrum adversus non factas probationes in termino, an competat minori heredi majoris.
- 15 Datur distinctio inter variationem fori in genere, & variationem unius, vel alterius iudicis ejusdem fori.
- 16 De ratione privilegii l. unica.
- 17 Bona consideratio de privilegio attendenda, ut impediatur aliterum privilegium, & serventur regula iuris communis.
- 18 Appellari non potest omisso medio, & quando fecus.

D I S C. LXXII.

Super hoc puncto pro veritate circa suscepra Advocacionis initia interrogatus respondi, ut sequitur. Casus non reperitur quantum videtur potuit huicque tactus a Doctoribus in individuo, idcirco veritatem perquirendo per regulas, & conclusiones generales, negativa opinio contra privilegium probabilior primo aspectu fueri videtur.

Primo, per text. in *leg. absens, ff. de iudic.* ubi aperte disponitur, haeredem in eo foro conveniendum esse, in quo defunctus conveniri poterat, proprio heredis privilegio non suffragante, & de cuius textus dispositione in Arelaten. pensionis hoc eod. tit. disc. 86.

Secundo, per text. in *l. si quis postea quam 7. ff. eod. tit.* ibi habetur, quod privilegium superveniens post motam litem non suffragatur in ea causa, ex quibus verbis (in ea causa) desumitur, ut idem sit in prima, vel ulteriori instantia, cum causa principalis, & appellationis una sit, licet instantiae sint diverse, ut inferius probabitur.

Tertio clarior, per text. in *leg. si quis Romae, ff. eod. tit.* in quo statuitur, ut haeres non super veniens possit motam litem non suffragatur in ea causa, ex quibus verbis (in ea causa) desumitur, ut idem sit in prima, vel ulteriori instantia, cum causa principalis, & appellationis una sit, licet instantiae sint diverse, ut inferius probabitur.

Quarto, per text. in *l. si quis postea quam 7. ff. eod. tit.* ibi habetur, quod privilegium superveniens post motam litem non suffragatur in ea causa, ex quibus verbis (in ea causa) desumitur, ut idem sit in prima, vel ulteriori instantia, cum causa principalis, & appellationis una sit, licet instantiae sint diverse, ut inferius probabitur.

non iustitiam privilegio heredi lite coepta cum defuncto, Castren. *in d. l. haeres absens, num. 2. & Caravit. ritu 234. num. 2.* Gratian. *discept. 182. num. 27.* Marchel. *de commiss. part. 2. fol. 314. num. 93.* Giurb. *dec. 82. num. 2. & Franch. de lit. 464.* Seacc. *de appell. quae 7. num. 133.* Novar. *de electio. for. lib. 4. q. 23. per 100. num.* ac videtur conclusio vera, & recepta, illaque pluribus fideiur rationibus, quas ex Surd. *conf. 232.* ad litteram transcripsit Novar. *sup. quoniam ille videtur praecipue, quas deducit ex Surd. Novar. num. 2. 7. & 8.*

Primo nempe, quod instantia coepta cum defuncto transit in haeredem; Secundo, quod defunctus, qui iudicis jurisdictioni consenserat, videtur quasi contractisse cum altero litigante, ut non possit illius iudicis forum declinare, & idcirco haeres, qui tenetur servare factum defuncti, non potest ejus quasi contractum impugnare; Et tertio, quia jus formatum in personam defuncti transit adive, & passivè in haeredem, ut latius apud allegatos videri potest.

Quod autem conclusio procedat tam in ea instantia, in qua litis cum defuncto coepta fuit, quam in ulteriori, probari videtur ex dicto Doctorum superius allegatorum, praecipue Seaccie, Gratiani, & aliorum simpliciter dicentium, ut in ea causa pupillus privilegium amittat, & idcirco de omnibus instantiis veniunt intelligendi, quoniam licet causa principalis, & illa appellationis constituantur diversae instantiae, una tamen, & eadem causa dicitur, ut in *rubr. & l. i. Cod. ne liceat in una eademque causa, cap. si quis in quacunque 2. q. 6. Gloss. Salyce. & alii in l. si a demum, & l. in motus, C. de procur. Alex. *conf. 96. lib. 2. num. 5. & seq. quod autem causa principalis, & appellationis sit una, & eadem, C. Coccin. dec. 42. num. 6.* cum aliis per Rot. in Eugubina praedicti 14. Junii 1649. coram Cerro, & quia cum emanaverit, impress. *dec. 324. part. 10. cent. num. 4. & seqq.**

Appellatio enim dicitur de appenditiis primae instantiae, à qua omnes posteriores instantiae regulantur, quoniam attenditur initium, & non finis, & qualitas ab initio impressa transfunditur ad omnes instantias successivas; Unde causa, quae à principio est ordinaria, vel summata in prima instantia, semper est talis etiam in ulterioribus, Franch. *dec. 520. num. 2.* cum aliis per Giurb. *dec. 82. num. 13.* Et serè in individuo, quod Clericus haeres laici, qui ligatur instantia coepta, cum de fundo remanent etiam ligatus in gradu appellationis, & sic in secunda, vel ulteriori instantia firmat Carleval. *de iudic. lib. 1. disp. 2. quest. 7. num. 347. & seqq.* quia ex litis initio tota causa preventa est, ut ad litteram probat text. in *d. leg. si quis postea quam, ff. de iudic. ibi, in ea causa quasi preventa, quod tamen non deducitur tanquam firma conclusio, sed relinquendo locum veritati, insinuatur solum tanquam simile, attentata opinione illorum, qui hoc volunt.*

Quamvis autem ex praedictis, haec opinio magnum veritatis apparentiam habere videatur; Contraria tamen opinio pro pupillo, vel alio privilegiato in puncto iuris tenenda videtur; Maxime in casu, de quo est quaestio, quoniam certum est, privilegium ex dicta *leg. unica*, personis miserabilibus concessum tam in prima, quam secunda, & quacunque ulteriori instantia competere, quia textus loquitur indistinctè de omnibus iudiciis, & advertunt Menochi *de arbit. cas. 66. num. 31.* Insuper, *dec. 177. num. 8.* Novar. *de elect. for. lib. 1. quest. 15. in fine.* Marchelan. *de commiss. part. 2. fol. 310. num. 68.* Gratian. *discept. 565. num. 74. & seqq.* Seacc. *de appell. quae 7. num. 113. & alii communitè;* Et sic pro persona miserabilis haec regula generalis, & distincta, quae postea sufficere destruit limitationem, quae datur in contrarium, quia subflata limitatione remanet regula, quam sufficere allegat, Mantie. *dec. 351. num. 4.* Barbo. *de arbit. 198.* & sic probatio istius opinionis consistit in resolutione contrarium.

Non obstant igitur contraria. Et primo text. in *leg. haeres absens*, quoniam illius dispositio non habet locum in privilegio clauso in corpore iuris, prout est illud, de quo tractatur; ut in terminis *leg. unica*, Castren. *in ead. l. haeres absens, nu. 2. in fine.* & Caravit. *discept. 234. num. 2.* Giurb. *dec. 82. num. 9.* Novar. *dicta quest. 23. lib. 4.* Seacc. *dicta quest. 2. num. 33.* Franc. *dec. 234. & 364.* Menoch. *de arbit. d. casu 66. numer. 36.* & omnes sine controversia; Tenentes enim contrarium, vel loquuntur in terminis iuris Magnae Curiae Vicariae Neapolis, vel in casu quo coepta est lis cum defuncto, & sic vis limitationis non est in dispositione *leg. haeres absens*, sed in lite coepta cum defuncto iuxta tertium obiectum.

Nec oblat text. in *l. si quis postea quam*, intelligitur enim de pri-

de privilegio voluntarie superveniente ad postulationem obvento, non autem de consecrati proprio, ac prater voluntatem habentis obvento, & maxime de privilegio clauso in corpore juris, juxta Gloss. communiter receptam in leg. qui autem, ff. si quis caus. Et ideo omittis generalibus; In propriis terminis nostris, quod privilegium l. unic. super-veniens post litem, puta quia cepta cum uxorata, que postmodum fiat vidua, vel cum infante, cui moriatur pater, ad huc allegari possit, firmant Novar. ubi sup. l. 4. q. 12. n. 1. Ricc. collect. 2155. late Giurb. decis. 8. num. 7. & seq. Marchelan. de commiss. par. 2. fol. 307. num. 46. Et sic text. non applicatur, nam alias illa conclusio communiter firmata remaneret falsa.

Circa tertium obiectum, in quo totus cardo difficultatis consistere videtur, deductum ex text. in l. si is qui Roma, ff. de judic. ut haeres ex propria persona declinare non possit forum, in quo causa cepta erat cum defuncto, quamvis multa ad impugnationem illius conclusionis adduci possent; At tamen ex abundantis non negatur conclusio, sed dicitur, quod illa procedit tantum illa instantia, que cepta est cum defuncto, non in alia, que habeat principium cum ipso privilegiato; Praecipue siquidem rationes, in quibus dicta conclusio fundatur, sunt; Primo, quia haeres litatur instantia cepta cum defuncto; Secundo, quia per litem ceptam coram uno iudice, videtur defunctus quasi contraxisse cum colligantem, ut non possit illius iudicis forum declinare, idcirco haeres non potest dictum quasi contractum impugnare; Et tertio, quia haeres succedit in universo iure creato, & formato cum defuncto tam active, quam passive, ut supra dictum est, alia namque rationes adductae per Novar. nempe quod haeres, & defunctus reputantur una persona, & similes, tanquam nimis generales non concludunt; nam possent etiam convenire quando iudicium cum defuncto ceptum non esset, quod est falsum ex dictis superioribus.

Si ergo istae rationes considerantur, nulla concludit pro secunda instantia cepta cum herede, quoniam prima ratio, ut haeres ligetur instantia cepta cum defuncto, recte procedit, illa instantia durante, sed ubi illa finita est per sententiam, tunc cessat dicta ratio, quoniam etiam tenentes causam appellationis esse unam, & eandem cum causa principali, non negant instantias esse omnino diversas, & separatas.

Altera ratio ob quasi contractum, similiter cessat, quoniam quasi contractus respicit illum iudicem, cum quo lis cepta fuit, ideoque non percutit secundam instantiam tractandam coram diverso iudice, & in alio Tribunali, cum non dubitetur causam appellationis esse diversam iudicis, & Tribunalis, cap. 2. de consuetud. in 6. cum concordant. de quibus Franch. in cap. 2. de jur. calum. num. 1. in fin.

Tertia vero ratio coincidit in idem, quod secunda, quod nempe ius formatum, & creatum sit in illa instantia, quia in ulteriori, adhuc in rerum natura non existente, ac oriente ex futuro eventu appellationis, quae se habere potest ad esse, & non esse, non potest dici ius formatum, & creatum, cum non entis nulla possint esse partes, neque de tempore quo altera instantia in esse producit, ad eam persona defuncti iam de medio sublata; ideoque nullum ius creati, vel efformati potuit.

Prout neque fundamentum constitui potest in dicto Doctorum simpliciter dicentium, ut haeres amittat privilegium in causa, quae omnes instantias complecti videtur; Tum quia a dicto Doctorum argumentum sumi non potest, cum eorum auctoritas non sit necessaria, Franch. decis. 87. num. 16. Rota decis. 600. num. 32. par. 3. recent. in fin. Si enim verbo Doctorum attendere volumus, Marchelan. utitur verbo instantias, & sic probat intantum nostrum: Tum etiam, quia neque absolutum est de iure, ut forte per tenentes contrarium supponitur, quod causa principalis, & causa appellationis sit una, & eadem, quoniam contrarium, ut sit diversa, & separata probatur in cap. 2. de iuram. calum. in 6. ubi iuramentum praestitum in causa principali, non sufficit in causa appellationis tanquam diversa, & ibi Gloss. hinc inde varia deducit per ista conclusio, ubi etiam Franch. in princip. & in cap. Romana de testibus in 6. num. 4. circa med.

Hinc habemus, quod Advocatus actoris in prima instantia potest esse Advocatus rei, in secunda tanquam diversa, Gloss. Bald., & alii in l. fin. ff. de postulan. Franch. in d. cap. Romana, numer. 3. Anna singular. 7. num.

Mascard. de probat. censur. 952. numer. 9. Alex. d. consil. 96. lib. 2.

Judex in prima instantia potest esse testis in secunda, Franch. ubi sup. cum aliis per Mascard. dicta concl. 952. num. 7. & 8.

Procurator in prima instantia non tenetur prosequi, & esse in secunda, Alex. conf. 96. lib. 2. num. 2.

Salarium pro causa conventum cum Advocato, & Procuratore, intelligitur in prima instantia, & in secunda novum debetur tanquam in diversa, Alex. ibid. & alii.

Fideiussor de iudicio Sixti in prima instantia non tenetur iuxta unam opinionem in secunda, ex deductis per Enrig. de fideiussor. cap. 20. §. 20. num. 4. & seq. Thef. decis. 202. Surd. decis. 212. Capyc. Latr. consil. 49. num. 7. Cyriac. controvers. 285. Prat. ad Mufcatell. in praxi fideiussor. modo 12. apud quos habentur etiam tenentes contrariam.

Et multa his similia exempla adduci possunt, unde Alex. dicto conf. 96. deducendo multa hinc inde ad istam conclusionem, num. 5. in fine, concludit pro veritate, quod causa appellationis, verè, & proprie non est eadem cum causa principali, neque est penitus diversa; Sed quandoque est eadem, quandoque est diversa diversis respectibus; & eum sequuntur Surd. decis. 47. num. 3. & alii.

Si ergo de necessitate non est eadem, sed potest esse diversa, ita ut sumus in casu dubio, idcirco capiendum est in dubio interpretatio pro privilegio; Tum quia in dubio iudicandum est pro regula, & contra limitationem, quae tanquam rigorosa, & exorbitans a regula venit stricte intelligenda: Tum etiam, quia in dubio capiendum est intellectus, qui magis favet personis miserabilibus, quorum causa pia dici potest.

Et si esset verum, quod ad hunc effectum initium litem veniret attendendum in tota causa, etiam in gradu appellationis, adeo ut qualitas impressa ab initio primae instantiae infuerit in ulteriores, sequeretur quod pupillus, qui durante prima instantia factus est maior, vel vidua, quae cepta lite virum duxit, possit etiam in secunda, vel tertia instantia uti privilegio l. unic. atque semper habere fore electionem, & variationem, quod falsum videtur; nam DD. non sine controversia tribuunt hoc durante tantum illa instantia, ut apud Carav. rita 233. num. 12. Franch. decis. 257. in fin. Scacco de appellat. rita 609. num. 118. & seq. Giurb. de dec. 82. num. 23. Menoch. dicto casu 66. num. 28. Novar. l. 2. quae si. 3. num. 3. & quae si. 6. num. 3.

Et quod limitatio, de qua tractamus, procedat solum in prima instantia, non alia, probari concludenter videtur à simili; nam pupillus, vel minor, qui beneficium restitutionis in integrum competit adversus non factas probationes, succedens majori non gaudet illo beneficio in illa instantia cepta, & tractata cum majore, Afflic. decis. 21. ubi Ursill. Cephal. consil. 242. numer. 9. & 10. Roland. consil. 99. n. 42. lib. 1. Carav. rita 71. num. 6. Sed in instantia ulteriori cepta cum ipso minore in gradu appellationis, utique de dicta restitutione non videtur in praxi dubitari, quia restituitur in iudicio tractato cum ipso minore.

Insuper pro clariori veritatis comprobatione, atque contrarium totali resolutione observandum est, quod aliud est privilegium mutandi forum totaliter, & sic variandi de foro ad forum, variata specie jurisdictionis, puta de foro laicali ad clericalem, & de pagano, seu ordinario ad militarem; Aliud vero est privilegium variandi de loco ad locum, & de iudice ad iudicem, ejusdem tamen fori, & jurisdictionis; Primo enim casum non solum diversificat instantia, sed etiam tota causa, ita ut efficiatur penitus causa nova propter variationem jurisdictionis, & ideo in illis terminis bene procedere potest prima opinio, quoties causa cepta est cum defuncto, quia tota causa praeventa est in illo foro, atque in illa jurisdictione; Et in his terminis loquuntur Carleval. ubi sup. & alii qui possent allegari, quorum dictum neque est sine controversia, cum in terminis Clericali laico succedentis, etiam lite cepta, in contrarium videatur opinio magis communis, & recepta saltem apud Canonistas.

In casu autem nostro non diversificat iurisdictio, neque forus, sed solum contentio est de loco ad locum, & super ordine iudicis ejusdem fori, & jurisdictionis, propterea non videtur, cur huiusmodi privilegium denegandum veniat, cum in eo aequè militet ratio, ob quam tale privilegium concessum fuit, nempe ut pupillus, vel alia persona miserabilis non trahatur extra provinciam suam, ac possit facilius probationes facere, seu scripturas invenire, aliaque iura deducere, ut bene discurrunt Gratian. dict. disp. 565. num.

num. 71. & seq. Marchelan. par. 2. fol. 310. num. 68. & seq. & alii allegari.

Et magis praedicta procedere videtur de plano in casu, de quo agitur, dum privilegium non vult variare forum defuncti, neque uti iure speciali, sed infat conveniri in eo foro, in quo defunctus iure communi attento veniret conveniendus, & sic allegat privilegium excipiendi, ac ad impediendum adversarium, ne utatur iure speciali appellationis omisso medio, juxta insignem decis. Franch. 553. quam lucucque non videmus impugnatam, illamque recert, & sequitur Novar. de elect. fori sect. 2. quae si. 3. in fin.

Est enim certissima juris conclusio, quod non licet appellare omisso medio, etiam si ad Principem appelleretur, l. Imperator 21. ff. de appell. cum concordant. de quibus late Scac. de appell. q. 7. n. 1. & seq. Quodque nemo inquit extra propriam provinciam trahendus est.

Minusque refragatur, quod ista conclusio non procedit de iure canonico, quo attento appellari potest omisso medio ad Papam, qui est Ordinarius Ordinarius, quoniam omnia pro nunc infectione, an ista limitatio procedat tantum in causis Ecclesiasticis, in quibus appellatur ad Papam tanquam Papam, & caput Ecclesiae, non autem in causis prophanis, in quibus appellatur ad illum tanquam Principem temporalem, dum Papa hodie pro seipsum causas non cognoscit, limitatio solum deservit, ad effectum sublimitendi appellationem, non autem ad aliud; nam regulariter parte instante solet Papa causas remittere ad partes ad iudices mediatos, ut potest alios Scacco d. q. 7. n. 47. in fin. 51. in fin. & 83. & 84. Et sic res reducitur ad regulam juris, maxime accedente statuto particulari disponente appellationem gradatim esse faciendam.

Et licet multoties Papa, vel ipsius loco Signatura Justitiae solet, vel ob gravitatem causae, vel ob alias rationes ejusarbitrio bene visas, committere causam appellationis in Curia omisso medio, ut per March. & alios loc. cit. Nilhilominus hoc est recedere à regulis generalibus juris, & devinere ad quoddam jus speciale, quod privilegiatus excipiendi impedire potest, etiam si sit haeres, quia ipse non utitur privilegio, & iure speciali contra alterum, sed solum impedit, non concedatur illud alteri, ita ut causa tractetur in foro ordinario defuncti, & in quo regulariter, si defunctus viveret, causa tractanda veniret, & sic non deducitur privilegium tanquam privans legem, atque ut per illud recedatur à regulis juris, sed tanquam fovens legem, seu tanquam obstatulum ad impediendum; ne iuris dispositioni derogetur. Ad instar concessus duorum privilegiorum, quia privilegium unius operatur, ne illud ulterius effectum fortia-rit, sed iuris dispositio servetur juxta eorum regularem naturam, & cursum, & hanc sententiam veritatem, salvo & Ignorantem autem est quid exinde sequens sit, cum hoc fuerit de primis laboribus pro veritate ipso initio susceptae advocacionis in Curia.

ROMANA, SEU JANUEN. REDDITIONIS RATIONUM PRO JOSEPHO MARIA SENAREGA, CUM COSTAGUSTIS.

Causa disputans in Signatura Justitiae, & resoluta, pro Senarega.

De foro in quo reddendae sunt rationes, & an illa active, vel passive reddendae sint in alio loco, quam illo gestae administrationis ex privilegio Eugeniae, vel alio privilegio uni, vel alteri competente; Et de materia l. diffamari, & l. si contentant. & c. quando intentans huiusmodi remedia, dicatur actor, vel reus.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Rationes, seu reddendae in loco gestae administrationis.
- 3 Ampliatur, ut ipso casu non intret privilegium leg. unica, & c.
- 4 De Eugeniae quando locum habeat.
- 5 Haeres non declinat forum defuncti.
- 6 De remediis l. diffamari, & l. si contentant, & an differant inter se.
- 7 De effectibus quos producant dicta remedia, vel eorum alterum.

8 Intentans dictum remedium, an dicatur actor, vel reus.

9 An laicus cum hoc remedio vocet Clericum ad forum suum.

10 Titus non convenitur per pupillum ad reddendas rationes in eius foro, sed conveniendus est in foro proprio.

11 Declaratur dicta conclusio quomodo intelligenda.

12 An, & quando intret equitas, ob quam rationes reddantur in alio loco, quam illo administrationis.

13 Quando intret in iurisdictione connexionis.

14 Ubi sunt plures administrationes unius faciendae est in uno loco, in quo rationes reddantur.

D I S C. LXXIII.

Anno 1611. inita fuit societas bancaria in Civitate Januae, inter Bartholomaeum, & Andream germanos fratres de Costis, sub ea conventionione, quod pro rata librarum 140. mil. administratio spectaret ad Andream, faciendae in Civitate Lugduni, & pro libris 160. mil. spectaret ad Bartholomaeum, faciendae in eadem Civitate Januae, ita tamen, quod tam utriusque fortis, quam lucrorum, & utilium, tres ex quatuor partibus essent Andreae, ita ejus pecunia etrogantis, quarta vero Bartholomaei.

Utroque defuncto, Senarega haeres mediatus Andreae, iudicium instituit contra Costagustos haereses pariter mediatus Bartholomaei in dicta Civitate Januae pro redditione rationum administrationis, ut supra ipsi injuncta; Costagusti autem in Urbe domicilium habentes, duo ab A. C. monitoria obtinuerunt, quorum vigore curantur Senaregae inhiberi, ne iudicium, ut supra coeptum prosequeretur, eoique non alibi, quam coram ipso Jan. A. C. conveniret; Unum nempe vigore Eugeniae concedentis Curialibus, ne extra Curiam trahi possint, neque coram iudicibus de partibus conveniri; Alterum vero in vin. leg. diffamari, ff. de ingenuis, & manumiss. seu leg. si contentant. ff. de fideiussor. ita se reos faciendo, in foro proprio domicilii conveniendos; Quare pro huiusmodi impedimentis removendis, cum ita ex pluribus iustis causis Senaregae actori expediret, non obstante quod Magistratus Januae huiusmodi inhibitiones non curaret, adito per illum Signaturam Justitiae, & assumpta desuper dispensatione.

Pro hac parte scribens, fundatam absque dubio dicebat ejus intentionem in regula text. in l. 1. & 2. Cod. ubi de rationibus agi oporteat, ubi firmatur, rationes reddendas esse in loco gestae administrationis, cum ibi facilis, & plenius; tam per testes, quam per instrumenta, libros, aliaque legitimas probationes veritas haberi possit, ut firmant Bart. & ceteri ibidem, de quibus Duran. & Adde. decis. 474. Carleval. de iudicis tom. 1. disp. 2. num. 168. Idque adeo verum, quod licet ex privilegio Eugeniae, quando Imperator, & ceteri, deditur, pupillis, viduis, aliisque miserabilibus personis concectio fori, ea tamen in presenti denegatur, neque in privilegii variari potest forum gestae administrationis, Gratian. decis. 80. in addit. num. 6. & 7. Novar. de elect. fori par. 3. quae si. 34. num. 1. & per tot. Paschal. de patr. potest. par. 2. cap. 2. num. 5. nudi. Thorus in compend. decis. verbo rationes num. 25.

Non negabant pro altera parte scribentes regulam praedictam, sed confugiebant ad limitationes deductas ab uno ex dictis remediis, ut supra intentatis, vel scilicet Eugeniae, vel ex leg. diffamari, & leg. si contentant. De primo Eugeniae nulla penitus ratio habita fuit, ita ut excepta prima, in pluribus subsequentibus acerrimis disputationibus, ob aliorum votorum discrepantiam desuper habitis, non fuerit amplius actum; Tum quia illa non emanavit ad favorem omnium in Urbe commorantium, sed solum Curialium, quales isti non erant, ut ex Marchelan. & aliis habetur apud Ridolphin. in praxi par. 3. cap. 4. num. 256. & seq. Tum etiam, quia si in hac materia non prodest privilegium, leg. nunc. etiam tanquam clausum in corpore juris est absque dubio potentius, ac majoris efficacitae; ex deductis per Franch. decis. 234. 264. & 553. Carleval. dicta disp. 2. num. 299. cum seq. Multo minus suffragari poterat istud particulare privilegium; Porro simè quia isti non conveniebantur ex persona propria, sed tanquam haereses Bartholomaei, cuius forus est privilegio specialis, & non clauso in corpore juris declinare non potest, juxta terminos text. in leg. haeres absens, ff. de iudicis, ubi Castren. & ceteri, de quibus Franch. in allegat. decis. 234. 264. & 553. Rovit. decis. 74. num. 8. & 9. Carleval. dicta disp. 2. num. 288. cum seq. & de quo habetur actum in Arclaten. pensionis hoc tit. disc. 86.

Major igitur disputatio fuit super altero remedio, quod pro altera parte scribentes distinguebant, in re illud restitans ex leg. diffamari, & alterum ex leg. si contentant, quae